

In Imperio Orientis, Saraceni cum trecentis militibus Nicophorum oppugnantibus, passim multa piis intulerunt mala: in Galatia, & Cappadocia, atque in Cypro Ecclesias destruant, incolas omnes captivos abducunt. In Tyana templum Mahometo exere, anno Nicephori IV. qui fuit Dominus MCCXCV. Rhodium etiam infestaverunt Saraceni, & Archimede Myramque ceperunt, ac Nicolai Ecclesiam, & arcam everterunt. Chumid tandem tempestate classem armit, & vix ipse prater omnem spem evasit. P. Diac. l. 24. Sigeb. ann. DCCCXVII.

SARACENI cognita Leonis V. morte, in insulas sese effuderunt. Ex Hispania egressi & Cretam occuparunt, & Cyrillum Gortynensem Episcopum trucidarunt.

Idem ex Alexandria, & Agypto, Babilona, & Africa, in Siciliam ingenti multitudine irrumpunt, sub Ludovico II. Imperatore, & in morem locustarum omnia vastant: arbores fructiferas succidunt, monasteria, & templa inflammant. Episcopos, sacerdotis, & monachos trucidant, non tam ab eis fidei confessionem, quam pecuniam exigentes, Chronicon Cassinense, & Zonaras.

In terra Sancta usque ad Sal. annum MXXI. gubernatoribus, licet vera pietate alienis, aliqua erat Christianis pax: si tributa, & vectigalia, quae exigebantur amplissima, tam ab incolis, quam peregre visendi gratia advenientibus, solvebantur. Verum potentem rerum Calyptha Agyptio Principe, qui omnes suos antecessores impietatis, & savitiae infamia longo post se reliquit intervallo, Christiana religio ad extremum fere casum perducta fuit. Cum enim ipse matre natus Christiana, a suis auleis Christianissimi nomine exagitareretur, suam ipsi Apostasiam, ut Antonius testis est, enormi aliquo facto probare volens, templum Hierosolymitanum solo aquavit, dies agere festos interdixit, & ut Tyrus ait, quod dies erat celebrior, eo artius domiciliorum suorum septis cohibebantur Christiani, nec in publico audebant comparere. Domi etiam non tutum dabatur eis habere refugium: sed factu lapidum, & sordium inmissione, violentisque irruptionibus, praesertim si facta eos tractare gentiles perentiscerent, molestabantur. Praeterea ob levissimum delictum, inaudita causa in crucem agebantur, vel facultatibus privabantur: Liberi ipsorum rapti, vel flagellis, vel blandimentis ad impium cogebantur cultum. In tantis Christianorum angustiis, ex infidelibus quissimam afflictionem afflicti aditurus, mortui canis cadaver in idololatrarum templum projecit: quod a Christianis factum esse, omnes uno ore professi sunt, tantumque facinus non nisi ipsorum omnium more expandam asseruerunt. Adfuit mox hictores, inermes illos mactatur: sed ab adolescente, quodam, qui se hujus facti reum intrepidè profitebatur, divinitus liberantur. Hoc occiso; caeteri dimissi sunt post Calyptha obitum, Daber filius Christianis aequior successit: qui imo cum Constantino Romano imp. Romano Argypolo foedere, facultatem reparandi templum Christianis concessit, quod & circa annum millesimum quadragesimum octavum, Constantino Monomacho sumptus suggerente, reaedificatum est. Ac licet tolerabilior esse Christianorum sub hoc Principe conditio: tamen impij praesides, suis inhiantes commodis, iniquis vectigalibus eos premere non desisterunt. At postquam Turcarum invalelere cepit regnum, eorum virtus super Agyptiorum, & Persarum fines ampliari, Diogene & Michaele Parapinaceo Constantinopoli regnantibus, per triginta fere annos, D quibus Urbem sanctam tenuerunt, maximis molestiis pressus est Dei populus, adeo ut levia ea omnia ducerent, quae sub Agyptiorum, & Persarum jugo unquam pertulissent. Praeterea nullum, ob latrocinia passim impune grassantia, erat iter tutum, religionis gratia terram sanctam invasentibus: ac si forte quis per mille pericula ad optatum appulisset portum, templi aditu, nisi prius aureum numerasset nummum, prohibebatur a pavoribus Turcis: ut Tyrus lib. 1. Belli sacri, c. 5. & 6. Hinc occasio data Christianis Principibus, exhortante Petro Ambiano Eremita, expeditionem sacram suscipiendi.

Capti Edessa Mesopotamiae verbe ab Alph (Orho Frisingensis sanguinum vocat) Turcarum Principe, omnes Christiani, quosquot fidem abjurare noluerunt, cum Episcopoco misere mactati sunt. Mulieres etiam, & matronae, praesertim nobiliores, in Christianae religionis ludibrium, factis impolitariis violatae, post interfectae sunt. Bonifacius l. 2. Dec. 2. & Sylvius in Blonda Decad. l. 5. annotant, Anno MCLX. juxta Bergomensem. Sigeberti Continuator, & Frisingensis l. 7. c. 30. annum MCLV. ipsumque diem Christo natalem At Tyrus belli sacri scriptor, l. 1. c. 5. & testatur ex-

pugnata urbe, ab hoste irruente, quosvis obvios prostratos fuisse, populoque ad arcem, quae in urbe erat, agminatim fa- luti causa confluisse, non exiguum multitudinem ex com- pressionem occubuisse, inter quos & Hugo Episcopus fuit cum quibusdam suis Clericis.

Clizastanes Sultanus eadem fere tempestate, magnam Christianorum multitudinem Laodicea Phrygiae pecudum more abegit, multos etiam occidit: inter quos & Salomon Pontifex fuit. Nicetas sub imperio Monachii Comneni.

Sed quid vetera cum mœnore revolvimus, cum nostra aetate Turcarum rabies animos verè Christianorum, hoc est, eorum qui propter scelera sua hocce flagellum Christiano orbi divinitus immissum norunt, ad stuporem redigere possit? Quam illi Christiani sanguin sjan inde à Constantinopoli capta hauserint, quot cladibus Occidentem in se conjuratum in Myfia, & Pannonia affecterint, notus est, quam ut multis verbis declarari debeat. Sed quid de cladibus loquor? Cum occumbere felicissimum fit, superstitium horum esse tyrannidi, misericordiam? Quosquove hostilis ensis extra aciem non hausit (haurit autem, vel aetate tantum, vel valetudine confectos, ex quibus nullum se quantum amplius facere posse sperant) eos ceteritima manet revivimus. Infantes utriusque sexus à complexu parentum avulsi, libidini, & avaritiae victorum intervi- tati, in certam corporis turpitudinem, animaque interitum abripuntur: mares sacris initiati Mahumeticis, honoribus, & praemiis invitati jam inde à teneris, contra Christianos, à quibus ipsi per amplexus potius, quam per iniquitatis defe- cerunt, militare coguntur. Aduli, nisi Christum abegere volent, à crudelibus Dominis mancipiorum instar exercen- tur, vexantur, cruciantur, religio veluti effluvia obiciunt, ut qui per crucem à Crucis confessione abduci non potuere, volu- ptatis illecebris à pietate deficiant. Eaque propter si quos mo- nachos, vel sacerdotes in suam pertrahere scētam possunt, triumphum modò non canant, quod illorum exemplo, & au- ditoritate multos alios simplices, & in religione vera parum eruditos, se ad Mahometi furorē tracturos sperent. Pro- mittit quidem impius Turcarum tyrannus religionis liberta- tem, qui jugo illius colla subdunt: sed fidem servat, dum ob rem. Nam qui ex Alcorano didicit, Christianorum G persecutione Mahometicum Paradisum comparari posse, & debere, nunquam cumquam Christiano paritūsus est, nisi quantum simulata clementia reliquos ad imperium suum perferendum pellici posse confidit. Corporum factus Domi- nus, facile potest vel vi, fraude etiam animi Mahumetum suum imponet.

DE HAERETICORUM PERSECUTIONE, ET IMPIETATE.

Vide Locum de Haereticis, Tit. Haereticorum Tyrannus. * ANTICHRISTI FUTURA PERSECUTIO.

Terriram bestiam omni immanitate atrociorē Anti- christum, ab aquilonis sinibus venturum autumat, juxta illud Jeremiae: Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terrae. A tribu verò Dan orientum, ex eo quod Jacob ad filios prophetauit dicitur: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro. Antichristus enim partem doli veneno, ut coluber, H partem potestatis cornu, ut cerastes, eos invadat, quos per viam veritatis, & semitam justitiae ire viderit. Cum itaque Enoch, & Elias praedicatio per universum terrarum orbem vulgata fuerit, tunc Satanae filius prodere se, & adversus eos invalescere incipiet. Sic enim in Apocalypsi legitur: Et cum fuerit testimonium suum, Enoch sol & Elias, bestia que ascendit de abyfso, faciet adversus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos, corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magna, quae vocantur spiritaliter, Sodoma, & Aegyptus, ubi & Dominus eorum Crucifixus est. Jacebunt quippe Catholicorum fidelium corpora in plateis, quoniam pro veritatis religione morti praeparabant, quam in infidelitate vivere. O gloriosa martyria! jacebis cum adversus eos bellum, sed habitabis in caelo. Pro Christo cadetis, sed cum Christo regnabitis. Sanguis vester super terram effundetur, sed spiritus vester supra caelum regnet. Pro brevi supplicio gloriam capietis aeternam. Non vos fraudis laqueis irrite poterit inimicus, quia in Christum credentibus astituta non deicit ad cavendum, non futuris immanitate terrere, quia non timebis, qui corpus, qui tantum corpus potest occidere, sed cum potius, qui corpus, & ani-

animam potest mittere in gehennam. Quanto terribi- lior erit hostis, tantò patientia vestra fortior, & gloria in- signior, & remuneratio major. De illo simul, ac de vobis per Jeremiam prophetauit: Ecce afflictio egredietur de gen- te in gentem, & turbo magnus egredietur à summitatibus terrae, & erunt interfecti Domini in die illa à summo terra usque ad summum ejus, non plangentur, & non colligentur, & non speliuntur, in sterquilino super faciem terra jacebunt. Divina enim permissio fiet, ut Diabolus contra Ecclesiam savendi potestatem accipiat. Oportet ergo illum, quem Christus nunc vincit tenet, novissimo tem- pore dies aliquot solvi, ac dimitti. Quod Joannes in Apo- calypsi cernens, ac dolens, clamat. Vae terrae, ac mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet: Et idem rursus ait: Solveret Satanas de carcere suo, & exibat, & seducet gentes, quae sunt super quatuor angulos terra Gog, & Magog, & congrega- bit eas in praedium, quorum numerus est sicut arena maris. & ascendet super latitudinem terrae, & circumje- runt castra Sanctorum, & civitatem dilectam, Civitas dile- cta, vel Jerusalem, vel Ecclesia Dei est. In eam impetum B faciet hic diaboli filius, & illorum multitudinem, quos decipiet, eos opprimere molietur, quos decipere non poterit. Ad hæc etiam, o facinus indignum! ista desolationis abominatio in Templum Dei irrumpens, omnia sancta profanabit, & in medio sedens Deum se, & Christum imprudenter, impro- beque mentietur, mittet malignitatis suae satellites per provin- cias, & loca, qui dicant: Ecce jam venit Christus, venite ad adorandum illum. Quam futuram fallaciam praesciens Dominus, cavere nos jubet, dum ait: Si quis vobis dixe- rit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in pen- ternalibus, nolite credere. Curita? quia non talis adventus Filii Dei erit, qualis filii Diaboli. Quis adventus filii Dia- boli? in deserto cum bestis, in penetralibus cum facinoro- sis, turpique luxurie deditis hominibus. Quis filii Dei? Sicut fulgur exiens ab Oriente, & apparet usque in Occi- dentem: Illius ab aquilone, hujus ex caelo; illius locorum intervallis latens, hujus in aere omnibus aequè manifestus: il- lius in tenebris, hujus in luce.

C DANIEL Propheta cum visionem de quatuorundam Regum futuro eventu vidisset, sic demum de Antichristi regno sibi dictum audivit. Post regum eorum cum creverint iniquitates, confurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo ejus, sed non in virtutibus suis, & supra quam credi poterit, universa vastabit, & prosperabitur, & faciet, & interficiet robustos, & populum Sanctorum secundum voluntatem suam, & di- rigetur dolus in manu ejus, & cor suum magnificabit, & in copia rerum occidet plurimos, & contra Principem principum confurget. Quod ait, roborabitur fortitudo ejus facturum signa, & prodigia, significavit, ita ut in errore inducatur, si fieri potest, etiam justi: & hoc non in vir- tibus suis, sed demonis, cuius indignatione agitur ad tantam prorumpet temeritate, ut sui oblitus Deum se reputabit, & contra Christum confurget, & Ecclesiam vastabit, & superbiz spiritu inflatus, divina omnia profanabit, polluet, contemnet, ac tantum fatanam illum, cuius consilii, opeque nitetur, colet. Nam abibi etiam in Daniele scriptum est: Et faciet juxta volun- tatem suam rex, & elevabitur, & magnificabit adversus om- nem Deum, & adversus Deum Deorum loquetur magnifica, & diriget, donec compleatur ira cunctia. Iam ne quid impu- dit, spurcitiaeque ejus desit: Et erit, inquit, in concupiscentiis feminarum, praeterea nec quoniam Deorum curabit, quia adversum universa confurget. Deum autem Maazim in loco suo venerabit, & Deum, quem inognerunt patres ejus, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis. Vi- de hominis dementia, demonio supplicat, demonium vene- rat, & se ab hominibus pro Deo vult coli, haberique. Quasi Deus non servus Diaboli sit, qui ei ancillatur, sed Dominus, & Deus. Rursus idem Propheta impietatem ejus, audaciamque designans, etiam quomodo regnaturus fit, declarat. Sermones, inquit, contra excelsum loquetur, & Sanctos altissimi conteres, & putabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manus ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium tem- poris, hoc est, usque ad annos tres cum dimidio. Hanc tem- poris praerceptionem Apocalypsi vpris asmet indicat, ubi dicitur: Et civitatem sanctam, hoc est, Ecclesiam concubebunt mensibus quadraginta duobus. Ad hæc quidam opinantur, ipsum ut se Deum probet, cum post tridui latebram rursus apparuerit,

mortuum se fuisse, & resurrexisse simulaturum, ex eo quod in Apocalypsi scribitur: Et vidi unum de capitibus suis quasi E occisum in mortem, & plaga mortis ejus curata est. Hinc etiam dicunt, quod finget se caelum velle descendere, at- que à malis spiritibus in aera feretur, eoque modo plaga mor- tis ejus curabitur, quia scilicet illi, quibus illudet, verè mor- tuum, & resuscitatum fuisse credent, quem in caelum quoque sublimem ire conspiciant. Unde sequitur. Et admirata est universa terra post bestiam, & adoraverunt Draconem, qui de- dit potestatem bestiae, & adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiae? & quis poterit pugnare cum ea? Sed bene illi, qui Draconem, & bestiam adorant, terra dicuntur. Terrena enim sapient, nescientes quia Christus jam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Qui verò posthac mori, & refut- gere simulabit, Christum se esse asserens, non Christus, sed Antichristus erit.

Interà verò dum dira ageat persecutio, dum Christiano- rum passim innoxius effundetur cruor, dum vastans omnia profanorum rabies debacchabitur, dum denique Conditor omnium Deus ore sacrilego ubique blasphemabitur, indigna- buntur elementa, & verso naturae ordine, Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum, stellae cadent, terra quassabi- tur, commotis mare fluctibus rugiet. Er. proh foelustam trepi- da rerum facies non commovebit impios, ut ab impietate sua desistant. Erunt signa (inquit Dominus) in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris praesitura gentium per confusionem sonitus maris, & fluctuum, ardentibus hominibus praetimore, & expec- tatione, quae supervenient univerfo orbi. Putabunt maligni hanc se pressuram pati, quia nondum satis ulsi sunt illos, qui Antichristum recipere noluerunt, & ob id magis magisque crudescunt, dum cadendo eos arbitrantur obsequium se praestare Deo. Ita de errore in errore prolapsi, gravius postea divinae vindictae ferunt supplicium. De signis autem hietiam veteres Prophetae itidem locuti sunt, non alio affati spiritu, quam illi, qui Evangelia scripserunt. Iaias: Stella, inquit, caeli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo. Jeremias ait: Ipse Deus vivens, & Rex sempiternus, ab indignatio- ne ejus commovebitur terra, & non sustinebitur gens com- minationem ejus. Et Joel Propheta. A facie ejus, inquit, contremuit terra, moti sunt caeli. Sol, & Luna obtenebrati sunt, G & Stellae retraxerunt splendorem suum. Et iterum: Sol converter- tur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Hinc jam Satanae artificia desic- cere, prodigia cessare, viros languescere, animis concidere inci- pient, & sicut maleficiorum Pharaonis virtus in faciendis mi- raculis per Moysen, & Aarō superata succubuit, ita tunc omnis vis Diaboli, & Antichristi, & Pseudoprophetae in dies de- perientis contabescet. Etenim post Sanctorum cadem, super omnes repentinus irruet pavor, & ante illos flagitorum suorum torquetur conscientia, quam ultio consumet divina. Ac sicut Jeremias ait: Erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupescunt Sacerdotes, & Pro- phetae consternabuntur.

De persecutione Haereticorum nostrae temporis, vide locum de Ecclesia, & Haereticis.

* PERSECUTIONEM PROPTER JUSTITIAM PATIUNTUR SANCTI.

Patiuntur persecutionem propter justitiam, qui pro quo- cunque virtutis actu illatas tolerant injurias. Sic Machabei mortem sponte sustulerunt, ne contra le- gem porcina carne vescerent. 2. Machab. 7. SUSANNA pro castitate tuenda mortem elegit: quomodo & Joseph carceres.

JOANNES BAPTISTA decollatus fuit, quod Herodem super incestu cortippisset.

Vide plurim in loco de Martyribus.

EXEMPLA HISTORICA.

NERO Romanorum Imperator, vir impudicitiz sceleribus omnibus insignis fuit, primusque, ac solus in tanto Imperij culmine, novos quosdam lasciviae, flagitii, ac turpitudinis modos excogitavit, exquisivit, invenit: Pellicem enim, quam ille deperibat, atque in deliciis habebat, post Paulus indixit fidei, ac religionis sacramenta suscipere, perussuaserat unà incestum illum, impurumque congressum declinare: Haec, inquam, ille crimina obiectans, corruptorumque nequam, flagi-

flagitiosum, ac nebulonem, & his similia, quæ vos modò A perterritis, Paulum vocitans, primum coniecit in vincula: cum verò, ut puellæ ejuscemodi monita, atque consilia dare desinere, persuadere non posset, necavit eundem. D. Chrysof. ad Jer. vituper. vit. monast. lib. 1. c. 9. Metaph. 29. Jun. ann. Dom. 68.

Cùm die quadam more solito in Litaniam, quæ ab omnibus Major appellatur, Leo Pontifex procederet, ubi sibi populus obviam sacra religione occurrere deberet, ut secundum annuam consuetudinem Litanias, & Misarum solemniam cum sacerdotibus celebraret, & omnipotenti Domino pro salute Christiani populi preces funderet: & cum secundum olitanam traditionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in Ecclesiâ B. Georgii Christi martyris, in ejus natali, ipsa Litaniam prædicata fuisset: omnes tam viri, quam femine devotamente catervatim in Ecclesiâ B. Christi Martyris Laurentii, quàm Lucinæ dicunt, sive, ad craticulam, (ut hic habent Annales Francorum) ubi Collecta prædicata erat, occurrerunt. Et dum prædicans venerabilis Pontifex à Patriarchio egressus fuisset: obviam illi sine planeta Paschalis Primitivus occurrit, & hypocrisis veniam illi petebat, dicens: Quia infirmus sum, & itæo sine planeta veni. Tunc sanctissimus B. Præful veniam illi dedit. Similiter & Campulus Sacellarius, qui in ipsorum dolositate pariter in Pontificali obsequio pergens, & dulcia verba, quæ non habebant in pectore, cum eo loquentes, maligni, & iniqui, ac perversi, falsique Christiani, proflus Pagani, filii diaboli, in unum fe satanicè colligentes, plenè iniqua cogitatione, in ipso itinere, ante monasterium sanctorum Stephani, & Silvestri, quod Dominus Paulus Papa fundaverat, clam armati, siteret, atque repente de loco insidiarum exeuntes, ad ipsum (quod distu nefas est) rucidandum, absque ulla reverentia confugerunt. Paschale ad caput stante, & Campulo ad pedes, secundum iniquum eorum consilium. Quo factò, omnis qui circa eum erat populus, cum esset inermis, & in divino officio præparatus, timore atque mortem perterritus, in fugam conversus est. Ipsi verò insidiatores, atque operatores malorum, Judaico more, sine ullo divino, vel humano honoris intuitu, sereno more comprehendentes, in terram proiecerunt, & absque ulla misericordia scindendo, expoliando eum, crudeliter oculos eulneret, & ipsum penitus necare conati sunt: nam & lingua ejus ab ipsis præcisâ C. est. Et, ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, cæcum eum, & mutum in media platea dimiseret. Verum ipsi maligni Paschalis, & Campulus, sicut veri pagani, & impij, ad ipsos monasterij Ecclesiâ ante confessionem eum trahentes, ante ipsum venerabile altare iterum oculos, & linguam amplius crudeliter crueret, & plagis eum diversis, ac subsibus eadentes lanaverunt, & semivivum in sanguine revolutum ante ipsum altare dimiseret. Postmodum verò sub custodia in ipso monasterio dimiseret. Timore autem perterriti, ne à Christianis hominibus inde furto sublabas effect, tunc malignum consilium adepti, sicut ipse Hegumenus monasterij S. Gerasimi professus est, fecerunt eum ad se venire eam per noctem, tam Paschalis malignus, qui tunc Primitivus erat, quàm Campulus Sacellarius, & Maurus Nepefinus, & miserunt in prædicum monasterium S. Silvestri, cum pluribus iniquis consentaneis ipsorum malefactoribus: sic eum per noctem exinde abstrahentes deduxerunt in monasterium sancti Gerasimi, & in arcta, & angusta custodia eum recluserunt. Sed Dominus omnipotens, qui eorum malitiam præsciendo diu patienter sustinuit, eorum iniquos D. conatus mirabiliter destruxit. Contigit enim cooperante Domino, & B. Petro Apostolo suffragante, quod antedictus Papa cum ab ipsis carnificibus in monasterium S. Gerasimi in custodiam mitteretur, & visum recepit, & lingua ad loquendum, ei restituta est, ut offenderet omnipotens Dominus super fuum famulum solitam misericordiam, & magnum miraculum, & divino ejus nutu à fidelibus Christianis viris, videlicet Albino Cubiculario, & aliis fidelibus Deum timentibus, ex ipso enim claustrò occultè auferentes, in Basilica B. Petri Apostolorum Principis, ubi ejus sacratissimum corpus quiescit, deduxeret. Qui omnes audientes, & videntes mirabilia Dei, qui innocentes, & justum Pontificem de manibus inimicorum eruit, glorificaverunt Dominum. Et verè à tenebris Dominus eum eripiens lumen reddidit, & linguam ad loquendum ei restituit, & totis ejus consolidatis membris in operibus mirabiliter deducens confortavit. Quantum gaudium habuere Christiani homines, & fideles, tantum mœrore, & tristitia angustiati illi, nesciebant quid agerent, & in periculo fe esse existimantes quarebant semetipsos interficere. At dum non invenirent, quid aliud agerent, domum Albini

fidelis B. Petri Apostoli, & ejusdem Pontificis deprædantes destruxerunt. Baron. tom. 9. Annal. Eccl. ad ann. Dom. 799. E. ex Anastas. Biblioth.

PELAGIUS Patrius summa animi alacritate, atque constantia solus aggressus, quod nec reliqui milites Imperatoris, vel ipsi etiam Constantinopolitanæ sedis Episcopi ausi sunt perentare, nempe monere impurissimum, atque favillimum Principem Zenonem, ut à nefandis perpetratis scelibus desisteret, imitatus magnum Joannem Baptistam, principem arguendo, æquè cum eo accepit pro mercede à tyranno supplicium, immò coronam, quæ ipsum terra, cæloque reddidit gloriosum. Rem gestam sic narratam à Cedreno accipe: Interfecit etiam (inquit) Zeno Imperator Pelagium Patrium, virum præclarum, & carminum scriptorem insignem, quod in pro sua prudentia, & justitia libertatem dicendi sibi sumens, Zenonis nefanda facinora palam incessebat. Moriturus autem, manibus ad cælum crechis, Deum omnium gubernatorem hæc est præcavit: O justissime Deus, mihi quidem injustissimè mors interit, propterea quod libero ero Zenonis multa facinora violenter repressi, & quod statum ejus fratre non licet Casarem designari. Tu autem, Domine omnipotens, qui justitiam rationem habes, quæprimùm eorum scelera tua homicidia punito. Baron. tom. 6. Annal. ann. Dom. 450.

* FUGA TEMPORE PERSECUTIONIS QUANTUM LICITA.

EX S. SCRIPTURA.

Cùm Paulus esset Damasci cum discipulis suis, Judæi inierunt consilium, ut eum interficerent: & custodiebant portas die, ac nocte. Notæ autem factæ sunt ipsi insidiæ eorum. Accipientes autem cum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum submittentem in sporta. Act. 9. 24. 2. Cor. 11. v. 32.

HISTORICA.

Urgente Decij Imper. persecutione, non sine divino consilio Magnus ille Gregorius Thaumaturgus fuorem declinans Gentilium debacchantium, recessit in solitudinem: qui & suis, ut idem facerent, persuasit. Id quidem Gregorius Nyssenus, ubi persecutionis acerbissimam descripsit, sic ait: Cùm ergo tunc imbecillitatem nature vidisset vir ille magnus, utpote quod multum in se pietate usque ad mortem de certare consilii Ecclesiæ, ut primum cederet terribili irruptioni, dicens: Est melius, fugiendo nos conservare animas, quàm stando in acie certaminum, esse ordinem fidei desertores. Et ut maxime esset persuasus hominibus, nullum animæ afferre periculum, si fuga fidei servaret: fuo exemplo eis consuli, ut fecederent, ipse ante alios cedens vehementi periculo. Hæc quidem Gregorius divino, quodam instinctu doctum, & alieno periculo, magna suorum utilitate testis, certissimum est. Nam (ut vidimus) immensus erat ubique ipsorum numerus, quos furor persecutionis raptiter deceptorat, eorum sollicit, quos non timor cautos fecerat, sed presumptio reddiderat frustra securos. Hæc verò Gregorius præ prudenter suadens Ecclesiæ, nullius lapsum ingemuit. D. Greg. Nyssen. laudatione S. Gregorii Thaumatur. Baron. tom. 2. Annal. ann. Chr. 253.

Anno Dom. 490. nata est persecutio fidei sub Zenone Imperatore, sic ut sanctæ memoriæ Sanctum Episcopum cogere per diversas latebras consilium, nec in ipso monasterio finiret jugiter quiescere. Tunc B. Fulgentius timens ausu illo loco solus remanere, at de loco in locum frequenter commigrare, consulo prius Episcopo Fausto, vicinum monasterium petiit, ubi paucis, & simplicibus fratribus Felix nomine Abbas præerat amicus ejus ab adolescentia, cum quo etiam laicus familiariter vixerat, & post nonnulla: Cùm ibi verò Barbaricæ multitudinis provincia turbaret incursum videntes salutem temporalem fugæ præsidio vindicandam, labores illico peragenda peregrinationis excipiunt: limatoque consilio, procul abcedunt, ubi nulla belli nascentis opinio construendi monasterij præberet integram facultatem. Promoveat igitur castra spiritalia duces inclyti caelestis exercitus, & per ignotas Africæ regiones, Monachorum suorum caterva comitante pariter gradiuntur, ubique facientes gaudium bonis, invdiam mali. Ex Actis ejus per discip. evulsi comite. Baron. tom. 6. Ann. an. Dom. 490.

Tempore persecutionis Juliani Imp. anno secundo, Hilarion monachus à populo Gazæ quædam, profugit in Siciliam, ibi ligna in desertis montibus colligens, & humeris portans, quadam in urbe ea vendidit, eoque pacto, quantum sat erat ad quoti-

quotidianum victum sibi comparavit. Verum tandem à virò, quodam demone agitato, quo ipsum liberaverat, quinam, & qualis esset, indicatus, concessit in Dalmatiam. Qua in regione quoque cum maxima miracula divina virtute edidisset, adeo ut mare ejus præcibus recessu prohibuit aridam undique inundatione obruisset, inde denuo secessit. Nam ei haud voluptas erat, apud eos, qui ipsum laudarent, commorari. Itaque loca subinde commutando, obscurus esse, & celebrem famam de fe pervagatam, crebris migrationibus delere laboravit. Postremo Cyprum prætervectus, Paphum appulit, atque rogatu illius, qui tum Cypri erat Episcopus, ibi commorari contentus est, & in loco, qui Charbyris dicitur, monasticum vitæ genus excoluit. Quod autem martyrio iste non occubuerit, fuga in causa fuit. Atque fugiebat, propterea quod sanctum Evangelij præceptum est, ut persequentes nos non expectemus: Quod si qui comprehensi fuerint, ut animo excelso sint, & robusto, vimque & violentiam à persecutoribus strenue evincant. Sozomen. lib. 5. hist. Eccl. cap. 9.

Cum crudelitatis Longobardorum fama per diversas Italiae regiones percurreret, frequentes erant fidelium latebræ, atque fugæ, itaque ipsorum bona cisdem relinquens in prædam, saluti singuli consulere solliciti sequebantur, sicutque deserta civitates, ipsaque verò loca deserta civibus replebantur: magis autem insulae maris appetebantur ab iis, qui bus navij aliquid poterat esse facultas. Inter alios autem una cum suis Clericis magnus ille confessor Cerbonius Episcopus Populoni, qui Gothorum tempore sese ipsis objecit intrepidè, modo exundanti vehementiori Longobardorum sevitia, in llyvam insulam Tyrreni maris se contulit, ubi & Deo juvante vite presentis finem accepit: sic enim melius abscondit cum Domino in abscondito faciei suæ à pullanitate spiritus, & tempestate. D. Greg. 3. Dial. lib. 12.

FELIX Nolanus presbyter, cum in idola vehementius inveheretur, ab infidelibus variè vexatus, in carcere conicitur. Unde ab Angelo noctu eductus, querere iussus est Maximianum Nolæ Episcopum: qui cum senio consecutus desperaret fe ferre postea supplicia consequentium, se abdidit in silvam. Quo cum Felix Deo deus pervenisset, sanctum Episcopum humi jacentem penè mortuum videt: quem recreatum, ac sublatum in humeros, apud fidem vidualium refectorem curavit. Sed cum is iterum idolorum cultores impietatis argueret, factò in ipsum inhiat, fugiens in angulo duorum parietum intervallo fe occultavit. Qui aditus cum repente araneorum telis perterritus visus esset, nemini recentis latebræ suspitionem reliquit. Inde igitur evadens Felix, in adibus pie mulieris tres menses latuit. Cùm verò Dei Ecclesiæ requiescere coepisset, Nolan rediens, multisque ibi vite exemplis, & doctrinæ præceptis, miraculisque ad Christi fidem conversis, constantè etiam recuato ejus urbis Episcopatu, obdormivit in Domino, sepulchuloque est prope Nolan in loco, quem in Pincis appellabant. Breviarium Romanum 14. die Jan.

* PERSECUTORUM INTERITUS HORRENDI.

Pete ex loco de Ecclesiâ, Tit. Persecutorum Ecclesiæ Palestina, ubi multa, quæ præsentem Locum amplificare poterunt. Vide etiam, quæ supra de Pediculis, & Morbo pediculari, dicta sunt in loco de Morbo.

EXEMPLA SACRA.

D PHARAONIS improbi persecutoris interitum horrendum, & calamitatis, quas Deo scelorum suorum vindice, perpeffus est, liber Exodus commemorat.

HOLOFERNIS, & Nabuchodonosoris historiz notissimæ sunt, quomodo à Deo puniti, impietatis suæ poenas dederunt.

De Antiochio, & Herode, quem à verbibus consumptum expirasse Lucas in Actis memorat, loco statim allegato plura diximus.

JORAM, quòd populum à Dei lege avertisset, biennio langore suis inaniabili perit, donec tabesceat, & viscera sua egereret, 2. Paralip. 21.

SEDECIAS, od malum, quod fecerat coram Domino, filius coram occisus, & captivus abducitur, 4. Reg. 24. c. 25.

HISTORICA.

NERO Imperator religionis Christiani persecutor, ex sententia in eum per Senatum lata, ut nudus per publicum duce-retur, furca collo ejus inserta, virgisque ad mortem caderetur, quòd universum Senatum interficere conceperat, desperatione L. B. Tbrat. vit. Human. Tom. VI.

ne melioris status omnino deficiens, à Pratorianis etiam militibus desertus, vili indutus veste, fugam arripuit, & cum E. tribus, vel quatuor libertis, in prædium unius ex his Phaonitis nomine, inter viam Salariam, & Nomentanam, quarto ab Urbe lapide positum venit: ubi in spelunca delitescens, cum equites se quærentes adventare cognovit, sibi ipse, licet pavidus, intulit manus: quem agrè morientem unius ex libertis Epaphroditus confecit, quarto Idus Junii, ea die quæ olim Octavianum conjugem interfecerat, agens suæ ætatis annum trigessimum secundum. Baron. Tom. 1. Annalium, anno Dom. 70. ex Sueton. in Nerone.

GALERIUM Maximianum Imperatorem castigato, & poena cælestis invecta occupavit, & ex ipsa carne exorta pervasit ad animum. Ex improviso enim in illis corporis partibus, quas natura ob reverentiam contexit, atque addidit, nascitur apostema, deinde in interioribus corporis recessibus ulcus purulentum, & fistulosum; atque istorum insanabilis mortis intima depascitur viscera, quæ quidem infinita verumum multitudinem redundurunt: unde lætor lethalis, & pestifer est flatus: quandoquidem univerfa corporis moles ex nimia ejus, antequam in morbum delaberetur, helluacione, & ingluvie, in immensam pinguedinem commutata erat, quæ cum putredine contabefacta, intolerabile, & horrendum spectaculum iis, qui appropinquabant, exhibuit. Proinde ex medicis aliis, qui exuberantem fetoris graveolentiam ferre omnino non poterant, fuere ejus iussu trucidati: alii tota corporis mole intumescente, & in saluti desperationem delapsa, cum nihil opis afferre valeret, crudeliter interfecti. Atqui tyrannus tantis cum miseris colluctans, tandem sua maleficia in pios homines admiffa animo recognoscere coepit. Mentem igitur recolligens, & tanquam rediens ad se, primum Deo omnium rerum creatori confitetur: deinde suis accessit, persecutionem contra Christianos, sine dilatione sedare, & comprimere jubet, lege, & decreto Imperatorio ipsos Christianos templa sua exadificare, rem mature, consueta officia in illis facere, preces pro Imperij statu fundere. Stratim ergo ipso facto verbis probè consentiente, edicta Imperatoria in lingulis civitatibus palam divulgantur, quæ quasi palinodiam, & retractationem injuriam nobis illatam complexa sunt in hunc modum, &c. Euseb. lib. 8. hist. Eccl. c. 18.

Hinc non absimilis est mors Cæsaris Cæii Valerii Maximini, qui postquam varias persecutiones Christianis intulisset, tandem in secundo cum iis conflictu congressus, vitam amisit: sed non ita ut decuerat decertans, neque cum laude, & gloria fortiter cadens. Namque acies quidem ejus in loco plano strata consistit: ipse autem domi se continens, & tela effugiens, veluti, qui manus adversus Deum sustolleret, divino in toto corpore suo affligitur flagello. Consistit siquidem dolore ex anxietate summa correptus, in lecto volvebatur, & inedita tabescebat. Incensio autem intra viscera exorta, habitum, & formam omnem corrumpbat: extrinsecus etiam speciem ejus deformabat, ita ut brevi nihil in eo esset reliqui, quàm os aridum, simulacro perfimile, quòd horrorem timoremque spectantibus incurreret, & ut corpus ejus tanquam animæ sepulchrum, aut culcus, quidam altius eam in se desolam continens, esse videretur. Et cum cerebrum omne exustum esset, oculatorum orbis loco suo motui exciderunt, eumque excæcarunt. Ipse porro doloribus maximis cruciatus, Deoque confessus, mortem sibi accelerari oravit: postremoque omnium condignas fe poenas, pro flagitiis, ac contumeliis, quibus protervet, & petulantè Christum esset persequutus; dare decessatus, execrandam tandem illam egit animam. Euseb. 1. 9. hist. Eccl. c. 10. Baron. tom. 3. An. an. 314.

Anno Dom. 484. cum Hunericus Vandalorum Rex de prostrata fide Catholica amens, putaret parandum sibi triumphum, divinam cogitur experiri vindictam. Quomodo autem id acciderit, sic Victor ad calcem operis dignum apponens colophonem, his verbis describit: Tenuit sceleratissimum Hunericus dominationem regni annis septem, mensibus decem, mitorum suorum mortem consummans: nam putrefactum, & ebulliens vermibus, non corpus, sed partes corporis ejus videbantur esse sepulta. Tunc etiam, ut ait, Turonensis, Sol teter apparuit, ita ut vix ab eo pars, vel tertia eluceret: credo namque pro tantis sceleribus, & effusione sanguinis innocentes. Hunericus verò post tantum facinus arreptus à demone, qui diu de Sanctorum sanguine passus fuerat, propriis se moribus laniabat, in quo etiam cruciatu vitam indignam iusta morte finivit Victor de persec. Vandali. in fine lib. 3. Greg. Tur. de gestis Franc. lib. 2. c. 3. anno 484. Joan. Vaseus in Chron. Hist. ad ann. 477.

SARACENI Constantinopolim, vicinasque regiones infestantes, atrocemque passim Christianis cladem inferentes, fame, frigore, bello, pestilentia sine numero perierunt. Tanta sane fame eos vexavit, ut nec ab excrementis tum jumentorum, tum hominum, nec carnibus cadaverum abstinerint. Quibus fames, & pestilentia pepercit, eos ferrum absumpsit. Qui cladibus istis superfuere, eos mare absorpsit, immissa in eos divinitus ignea grandinis tempestate, ex qua erepta sunt decem naves, quarum quinque à Romanis captæ, quinque in Syriam delatæ sunt, ut divinæ vindictæ essent testimonio, *Sigeib. in Chron. an. 719. Paul. Diac. c. 21.*

Hungari cum Brementium Ecclesiam devastantes, multis, magnique contumeliis servos Christi affecerent, subito impetu tempestas in civitatem irruens flammam in templi fastigium ejaculata est, quarum vehementia scindula, lateres, & tegule ingenti crepitu dissilantes, ca vi hostes obruere, ut partim prostrati subito interirent, partim in vicinum amnem se precipitarent, partim verò à civibus excepti cruenta morte occumbere. *Alberti. Crantz. lib. 3. Metrop. cap. 2. ann. Dom. 913.*

Anno Christi 980. cum magnam Suen Rex Danorum persecutionem Christianorum exercuisset in Dania, fertur Archiepiscopus supplicibus Legatis, & crebris muneribus laborasse, ut ferocis animi Regis Christianis redderet mansuetum. Quibus ille relictis, in sua crudelitate, ac perfidia sevir coepit. Secuta est ultio divina Regem Deo rebellem. Nam cum bellum susceperet contra Slavos, bis captus, & in Scelaviam ductus, toties à Danis ingenti pondere auri redemptus est: nec tamen adhuc reverti voluit ad Deum, quem primò in morte patris offendit, & deinde in nec fidelium irritavit, & iratus est furorè Dominus, & tradidit eum in manus inimicorum suorum, ut disceret non blasphemare. Tunc potentissimus Rex Sueonum Hericus, exercitum innumerabili, sicut arena maris collecto, Daniam invadit, & occurrit ei Suen derelictus à Deo, frustra sperans in idolis suis. Multa utrinque bella navalia, sic enim ea gens consuevit, fecit. Copia Danorum omnes obtinuit. Hericus Rex victor obtinuit Daniam, Suen à Regno depulsus, dignam factis suis à Deo Zelote recepit mercedem. Et hæc nobis Junior Suen recitavit in avo suo contigisse iusto Dei iudicio, quoniam ultio dereliquit, quem pater ejus bonum defensorum habuit. Post vindictam ergo seculum, quæ in Ecclesiis Dei, & Christianos commiserat, à suis desertus, quippe quem Deus deseruit, errabundus, & incops consilii venit ad Northmannos, ubi tunc filius Haconis Thrucco regnabat. Is quoniam magnum erat, nulla super exulem misericordia motus est. At ille infelix, & à toto orbe dejectus, in Angliam transfretavit, frustra solarium quærens ab inimicis. Quo tempore Britannis Adalraad filius Edgari imperabat. Is non immemor injuriarum, quas Dani ex antiquo Anglis inflexerant, exulem repulit: quem tandem miseratus infortunii Rex Scotorum benigne suscepit. Ibi quæ Suen annos bis septem exulavit usque ad mortem Herici, & tunc ab exilio regressus regnum patrum suorum obtinuit. *Adam Chronogr. lib. 2. cap. 21. c. 25. apud Baron. tom. 10. an. 980.*

Inter victorias, quas Dei beneficio reportavit Basilius Imperator, illa magis proficua, & memorabilis, qua magna gloria, atque potentia claros hæreticos Manichæos, sub Theophrastæ eorum civitatis principe Chrysochire militantes, sic prostravit, ut eorum innumera multitudo tunc collecta, ut fumus evanuerit. Sed & in eo prælio magnopere est demonstrata divina potentia, quod gestum est ab ipso per Andream Ducem, pium valde virum, adversus Saracenos Tarfi regnantes: ad quem cum eorum Princeps (inquit idem Curopalates) litteras misisset superbia, & maledictorum plena, & hæc indicantes: Nunc videbo, an Mariæ filius, ejusque parens tibi proderit, eum contra te cum meo exercitu progrediar. Quas literas concivici plenas acceptas ipsi magnæ Dei genitrici appendit, hæc locutus: vide, o mater Dei, tuque ipsius filius, & Deus, qualia exprobravit, & superbe dixit contra tuum superlitem populum barbarus iste arrogans. Quibus dictis, assumptis Romanis copiis, contra Tarsum proficiscēbatur, & cum ad Podandum pervenisset, ibi cum hostibus congressus, multa cæde fundit, & fugat barbarorum multitudinem, cum prius ibi eorum Dominus occubisset: pauci verò vix se Tarsum incolentes recipiunt. Sepultus autem suis, & hostibus in unum locum coactis, magnaque erecta ad posterorum memoriam columna, in patriam ipsius onustus reversus est. *Ex. Joan. Curopalate, hist. Græc. Baron. Tom. 10. Anna. ad ann. 886. 7.*

PERSEVERANTIA Græcè *καταστάσις*, & *καταστάσις*, est in ratione bene instituta stabilitas, & perpetua permansio, secundum Ciceronem in *Rhetoricis*. Hebraei desumunt à voce *Tharath*, id est, continuus fuit, nunquam desit, ut stilla stillam sequitur. Latini à voce severus deducunt, quod gravem, & censorium significat, quasi idē sit, quod semper verus, serius, immutabilis. **A**CCEPTIO VARIATA. Perseverantia dupliciter accipitur. Primò pro continuatione Justitiæ usque ad mortem, & ita non est virtus peculiaris, sed conditio quadam, & circumstantia virtutis in eo sita, quod iustitia homini usque ad mortem adhaeret. Estque magnum illud donum electorum. De August. *lib. de bono Perseverantia*. Secundò idem est, quod propositum in bono opere, quando ratio in eo manendum dilabit. Quod cōtingit, vel ex affectu peculiaris honestatis, qua in illo opere spectatur, & sic iterum non est virtus specialis: Vel præcisè ex affectu ipsius perseverantia, & continuationis, nam usque ad finem in bono opere perseverare, bonum est, & laudem meretur, & sic est virtus specialis, de qua *S. Thom. 2. 2. q. 137. c. 138.* EJUS MATERIA, ET OFFICIA. Principalis materia hujus virtutis est opus bonum: forma illius continuatio usque in finem, quem ratio præscripsit, sive ille sit finis vitæ, sive temporis præscripti; continuationem vocamus, qua opus repetatur temporibus, & vicibus opportunis. Secundaria materia est molestia, & labor, quem ex duritate illius operis subimus: quomodo patientia superat molestias aliorum malorum. Officium ergo Perseverantiæ est progredi in opere bono, quod ceptum est, & ad finem continuare. Unde à constantia distinguitur, quæ in eo constituitur, quod homo in bono proposito sibi consistit, sibi que similis permanet adversus occurrentes difficultates. **V**ITIA OPPOSITA. Perseverantia velut extrema vitæ opponitur Pertinacia, & animi mollicies, sive inconstantia: hæc per defectum illa per excessum. Qui enim perseverat, & firmus manet in proposito sive sentiendi, sive agendi, ubi non oportet, vel plus, quam oportet, pertinax dicitur. *Arifot. 7. Ethic. c. 9. ἰσχυροῦς*, quod fortis quisque adhaeret suæ sententiæ: & *ἰσχυρῶς*, quod suæ sententiæ sit amantior. Qui vero facile mutat propositum, inconstantis est. Et si id faciat tædio diuturnitatis, vel similis incommodi, mollis. **C**OMMODA, ET FRUCTUS. Abseque perseverantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Næc est ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, constantia filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimittas vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortunam. Sola est, cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati hominem reddit, dicente Domino, Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Bernard. in Epist. 129.* **U**SUS VARIUS. Philosophorum, & Historicorum sententiis firmatus. Confurgamus ait Seneca, adversus fortunam, & quicquid incidit: sciamus non esse tam magnum, quam rumor jactetur. *Epist. 43. c. Epist. 16.* Perseverandum est, & assiduo studio addendum robur, donec bona mens sit, quod bona voluntas est. Nulla re utili abstinentum est propter apparentem difficultatem, sed comparandum habemus, quo cuncta bona mortalibus comprehensibilia redduntur, ea maxime, in quibus sæpe numero summa salutis sita est. *Poljd. lib. 10.* Nonnulli perinde atque imperiti, ac væcordes cursores relicto primo fervore, cæpissè desistunt: aliqui vero hoc ipso potissimum adversarios superant, quod constantè perdurant in proposito, *lib. 16.* Perseverantia in omni genere militia, maxime tamen in obsequiis urbibus necessaria est: quarum plerisque munitionibus, ac naturali situ inexpugnabiles, fame, sitique tempus ipsum vincit, atque expugnat, *Livius dec. 1. l. 5.* Ad disciplinam militiam plurimum interest, insulfecere militem non

non solum parta victoria frui: sed si res etiam lentior sit patitur, & quamvis fera spei expectare exitum, si non sit astuta perfectum bellum, ac recessum circumspicere. Obsecro vos, monendi studium, ac voluptas homines per nives, ac pruinas in venas, sylvasque rapit: belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel lufus, ac voluptas eliceret solet? adeo ne effeminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeo molles animos, ut hævem unam durare in castris, abesse ab domo non possint? ut tanquam navale bellum tempestatibus captandis, & observando anni tempore gerant? *idem ibid.*

Perseverantia vi est efficacior, teste Sertorio; multa que, quo uno impetu confici non possunt, paulatim absolvuntur. Est enim assiduitas vis invicta, quæ omnem superat, excinditque potentiam tempus, quod plurimum auxilii ferri iis, qui prudentem occasionem captant, idemque tempus infestissimum est iis qui importuna festinatione utuntur. *Plus in Sertorio.*

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA **E**T HNICORUM. **C**HILON dicere solebat, tardè quidem, & maturè aggreganda omnia: verum cum semel inceperis, constantè in cæpto perseverandum esse. *Stob. serm. de prudentia.*

DEMOSTHENES cum Antipater intra Lamiam esset à copiis Græcorum conclusus, ac Athenienses ob rem bene gestam victimas immolarent, ad quemdam amicorum dixit, sibi non eandem esse cum cæteris sententiam. Novi ego, ait, Græcos, stadium pugnare, & scire, & posse, Dolichon autem non item. Dolichus continet litæra xxiv. notavit autem suos, quod una contenta victoria, bellandi studium deponeret, cum ejusmodi successibus ad majorem occasionem uti oporteat. *Eras. 1.8. Apopt.*

EX S. SCRIPTURA. Trecentos, & sexaginta quinque annos vixit Enoch, & ambulasse cum Deo dicitur, atque ob id non apparuisse, quia tulit eum Deus. Dignus quippe visus est, qui tamdiu corpus suum ab immunditia custodierat: ut cum corpore simul transferretur ad Paradisum.

NO E itidem cum Deo ambulasse ferretur, justus, perfectusque fuisse, gratiamque invenisse, & tamen quingentorum jam annorum ætat, quando cepit ædificare Arcam, sexcentorum quando perierat, non gentorum, & quinquaginta, quando vita defunctus est. Itaque tam diutina innocentia, fidei, spei observatione, meruit solus cum conjugè liberisque, & nuribus, mundo perente, salvari. Ego quoque illi jure arguendi sum, qui cum ne decimam quidem partem summa hujus vivant, in exercendis tamen virtutibus minus constantè se habent.

ABRAMHAM centum septuaginta quinque vixit annos, Isaac centum octoginta, Jacob centum quadraginta septem, omnes tam Deo chari, gratique, ut eorum Deus dici voluerit. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Certè nisi ab incunte ætate ad usque vitæ exitum justitiam, pietatemque coluissent, nunquam ad tantæ dignationis culmen pervenissent. At nobis isdem in virtutibus perseverandi facultas tantò quidem datur major, quanto vitæ brevior, & sic repente deficiamus. *Gen. 25. c. 47.*

JACOB, ut de illo adhuc plenus explicemus, ad Laban a vinculum suum venit, sibi aliquam ex filiabus ejus ducturus uxorem. Servivit illo annos septem pro Rachele, sed Lia data est. Servivit alios septem, & Rachelem accepit. Servivit etiam annos sex, & valde ditatus est pecudum, servorumque copia. Igitur quoniam viginti annos perseveravit serviendo, tali rerum successu potitus est. *Genes. 29.*

MOYSES charitate in proximis, pietate in Deum semper præstantissimus, & Aaron sacerdos à Deo electus, quoniam longum virtutum suarum tractum semel peccando ad aquas contraditionis interruperant, populum Israël in terram promissionis non induxerunt: Quomodo nos terram viventium intrabimus, non semel, sed frequenter peccamus? *Exod. 17.* Peccaverat tamen & sanctus David. Sed quia post peccatum, quod penitendo deliquit, sincerus vixit, non minus Deo placuit, quam si omnino non peccasset. Igitur si quo fore vitii dyeticulo justitia iter interruptum fuerit, rursum ad illud per penitentiam revertamur. Quoniam autem revertendi facultas interdum morte præciderit, divertere periculosissimum est, continuare semper tutissimum.

Continuavere ex Prophetis Samuel, Nathan, Elias, Eliseus, Isaias, Jeremias, Ezechiel, duodecimque alii. Ex Regibus Ezechias, & Josias, nisi quod Ezechias opulentia suæ ostentatione deliquit. Ceterum quia à Deo puniendus multæ de *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

nuntiationem submisit tulit, multa ad posteros dilata, ipse pacem habuit, quam optavit: usque adeo expedit repente E corrigere sese, & virtute mutare.

In Evangelio quoque Dominus noster piis actionibus nos continenter inhaerere monet, dum ipse turbis prædicare non cessat, dum variis languoribus affectos curare non desinit, dum dies quadraginta, neque comedit, neque bibit, dum in tentationibus perdurat, dum in oratione pernoctat, dum suos usque in finem diligit, dum denique persecutiones usque ad ignominiam Crucis æquanimiter tolerat, nunquam ab exaltatione virtutum quietus, ut ab ea nunquam quiescendum esse doceret, dicens: Non qui inceperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

JOANNES BAPTISTA ejus præcursor, quia perseveraverat in abstinentiæ proposito, nunquam opiparos cibos ventri suo indulgens, nunquam vinum, aut liceram bibens, nunquam mollibus indutus: assidue in deserto baptismum prædicans jugiter turbas ad se confluentes docens: idcirco ipse Domini testimonio plus quam Propheta dicitur, & nulli inter natos mulierum posthabendus censetur. Denique tanta constantia virum Herodis improbitas occidere potuit, tertere non potuit.

Post Dominum sancti Apostoli, Discipulique ejus perseveraverunt, illum sequendo, illi obediendo, Spiritum sanctum per illum à Patre mittendum expectando, per orbem ubique baptismi gratiam annuuciando, nec unquam desiccando, donec quod annuntiaverant, Martyrio confirmarunt, mortem prius, quam tacentes Religionis veritatem. Et hi quidem tam fortes, tamque magno animo viri, tanto primitivo pavore percussi fuerant, ut Domino relicto fugerent, Petrus etiam se illum nosse negaret. Ne quis itaque sibi applaudat, quod firmus sit, ipsa perseverandi firmitudo non à nobis, sed à Deo est. *Matth. 16.*

Videt autem Deus boni operis in nobis affectum, exercendū præstat facultatem, exaudit preces, & consummandi avertit auxilium. Negotiari volentibus commodat talentum, sollicitè lucrantibus beat, ignaviter torpentibus damnat. Itaque summo opere emittendum est, ut semper aliquem questum faciamus in iis, quæ nobis à Deo credita sunt, & nunquam otio nos corrumpendos tradamus. Qui super pauca fidelis fuerit, super multa constituetur, & intrabit in gaudium Domini sui, celestique beatitudine perpetuò perfruetur. *Matt. 23.*

illi quidem fideles servi sunt, qui in servitio perseverant, Perseverantibus autem miseretur Dominus, & commodat. Misereor Turbæ, inquit, quia triduo jam perseverant mecum, & non habent, quod manducent, & dimittere eum nolo, ne deficiant in via. Sic ergo Dominus perseverantes gratia sua pascat, ut defecere non sinat, immò ut abundare faciat. Nam & comederunt, inquit, & omnes saturati sunt, ac ne quis ad vitæ perfectionem sibi nihil deesse existimet: fragmenta multa superfluerunt, non à turba, sed ab Apostolis colligenda. *Idem c. 15.*

Duo cæci secus viam sedentes, cum post Jesum clamarent misericordiam implorando, increpabantur, ut tacerent. At illi, magis clamabant. Perseverarunt ergo in clamoribus piis, & quod volebant, affectu sunt. O constantis, inconvulsive animi viros! quos non retrahit obtruditio multorum ab invocatione Salvatoris, sed accendit. Qui sicut non cessant sanitate petendo, ita impetrata non fuerunt ingrati, dicentes Scriptura: Et secuti sunt cum: Sic peccator si deprecando contuminiatur clamaverit, appropinquabit, ut audiatur, auditus illuminabitur, illuminatus assidue sequetur Jesum, non passibus, sed affectu. *Matth. 20.*

Hanc laudabilem, immò & necessariam perseverandi stabilitatem, nec sanctis fecerunt defuisse, nonnullarum exemplo demonstrabimus, minimeque illis convenire illud, quod dicit solet, Varium, & mutabile semper fecerunt.

Anna Phanuelis filia (ut Lucas tradit) annos septem vixerat cum viro, quo defuncto, ad quartum usque, & octogesimo ætatis suæ annu vidua permansit: semper castitate servans, nunquam à tempore discedens, nocte, ac die jejuniis, obsecrationibusque intenta. Hæc perpetua pii propositi observatione digna evasit, quæ Spiritu sancto afflatur, & multa prophetaret, immò quæ illum, quem Propheta venturum prædicaret, præsentem cerneret, & ipsum esse mundi Salvatorem, palam confiteretur. Perseverando igitur aditus ad Jesum comparatur, ut ubi ipse est, ibi sit minister ejus. *Luc. 2. Joan. 7.*

Ad quem etiam Chanana Mulier in Evangelio clamat, dicens: *Misere mei, Domine: & Dominus tacet.* Et rursum illa: *Adjure me.* Respondet ipse: Non est bonum fumere panem filio

filiorum, & dare canibus. Illa tamen instat, & urget, nec dedi- gnatur canibus comparari. Sed & catelli edunt, inquit, de micis, & que cadunt de mensa dominorum. Quia ergo & petendo, & humiliando sese perseveravit, nec silentio repressa, nec contumelia confusa, meruit audire : O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Magnam fidem indefessa supplicans probavit assiduitas, quia si semel, vel iterum repulsa cessasset, profectio neque magne fidei esse diceretur, neque quod petebat, impetraret. *Matth. 15.*

MARIA quoque Magdalena veniens ad monumentum, vidit lapidem revolutum, currit nuntiare Discipulis, & una cum illis redit. Mox eis recedentibus, ipsa permanet plorans, anxia inclinat se, videt Angelos, sed neque eorum visione contenta, loco cedit, neque flere desistit. Solus ergo Domini desiderio tota ardens, prima mortis victorem videre meruit, quem prae ceteris perseverantius quaesivit. *Jean. 20.*

HISTORICA.

Quid de Paulo primo post Christum eremi cultore dicam? Sic Deo servens perduravit, ut a decimo sexto aetatis suae anno, quo solus desertum adiit, usque ad centesimum, & decimum tertium, quo vita desinens est, hominem non viderit.

Hac tam diuturna tam pii propositi continuatione meruit (veluti Elias Propheta) divinitus nutriri, corvo pabulum homini quotidie deferente. Meruit ab Antonio sepeliri, cavata a leonibus terra, Quoquoque omnium maximum est, meruit ab Angelis in caelum ferri, teste Antonio, qui hoc oculis suis contempisset affirmabat. Cujus quidem mercedis magnitudinem, quiquis crebro fecum cogitaverit, nullo unquam spiritalis vitae labore gravari poterit, nunquam lassitudinis tedia sentiet, tantorum spe priorum sustentatus. *Hieron. in Epist. de vita Pauli.*

ANTONIUS quoque cum primū, & ipse solitudinem inhabitare decrevisset, ne verbis quidem daemonum abstergeri potuit, quin quod ceperat, perseque pergeret. Perseveravit itaque ab octavo decimo aetatis suae anno usque ad centesimum quintum, quo in Domino quievit, cui servierat: Anglorum sortitus gloriam, qua in perseverando daemonum contemplerat injurias. *Abbas, in vita ejus.*

Ejus discipulus Paulus Simplex, cum se recipi postulasset, & Antonius ab eo discendens, donec redire, expectari responsum iussisset, toto triduo ante januam perstitit, plus morae ibidem tracturus, nisi Antonius jam satis ejus constantiam se expertum arbitratus, illum intro admisisset. Hoc exemplo eorum sane arguitur ignavia, qui Religionis habitum sumere volentes, nisi statim in collegium recepti fuerint, indignantur, militantique abeunt, & priusquam de ipsis periculum factum sit, ea re, quam petebant, se indignos ostendunt. *Pallad. bist. 28.* At verò post hac idem Paulus multo etiam constantior perseverantiae specimen dedit. Nam lingua quandoque lapsus, cum se erasse animadvertisset, trienne silentium servavit, donec scilicet se jam didicisse credidit, quid loquendum, quod tacendum esset. Si cui difficile factum videretur, parte aliqua dici ex monastico instituto silentium custodire, consideret quantum difficilissimum sit, annos tres nihil cuiquam proloqui voluisse. *Ibid.*

SYMEONEM SUSAONIENSIS filium tredecim annos natum, adfuisse Ithomei Abbatis Monasterium ferunt, & Monachum se profiteri velle dixisse. Cumque non esset admissus, quòd ea atas levitati proprior videretur, ante ostium procidisse, & ita dies quinque sine cibo, ac potu perseverasse, ibi mori paratum, nisi quatuor demum die receptus votum quam impleisset: stupente Abbate tantam in puero firmitatem, quam raro in senibus esset. Hoc ille stabilitatis praedidio, sic reliquam aetatem egit, ut in omnibus mirabilis evaderet: & si cuncta vera sunt, quae de illo produntur, nemo unquam corpus suum acerbius afflixit. *In vitis PP.*

Mutum tam diu pro foribus Monasterii rogantem permansisse constat, ut contra consuetudinem una cum ostensi filio in ordinem Monachorum receptus sit. Immobile fixoque perseverandi proposito extoritur, quod cenobitica lex vetabat. Ab eo enim vocabatur, qui supra Legem erat, & qui ait: Pulsate, & aperietur vobis. Neque hoc fecit, quòd a filio separari non posset, sed quòd simul cum filio salvari optaret, malens illum secum offerre Christo, quam relinquere mundo. *In vitis PP.*

Et Pacomius quidem Abbati prae cetera cura fuisse legimus, juniores ad perseverandum exhortari. Frustra ajebat eos ad bravium salutis currere, nisi sic currant, ut comprehendat. Frustra cum hoste confingere, nisi sic certent, ut vincant, dicente Apostolo: Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit: Legiti-

mè autem certare esse, certando non defatigari. *Moz. ap. 19. alii.* THEODORUS itaque ejus discipulus professiois suae initio à matre multum, ut rediret, sollicitus, nunquam assensit. Attulerat illa ab Episcopis literas, quibus reddi sibi filium praecipiebatur. Hicque obsequi compulsus, Abbas discipulo discendendi potestatem fecerat. Ceterum ipse omnibus preferens Christum, nec egressi de monasterio voluit, nec saltem se ostendere matri. Ne scilicet scandalizantem oculum, quem a se jam proiecisset, rursus quaerere videretur. Perseveravit ergo in monasterio, & factus est Dei filius, qui matris esse noluit. *In vitis PP.*

Et Beatum Franciscum ipse, qui genuerat, Pater, in seculo admodum animo persecutus est, nec efficere potuit, quin ille sicuti ceperat, post Christum ire perseveraret. Verberatur ergo Franciscus, despiciatur, contemnitur, & gaudet, quòd dignus habitus sit pro nomine Jesu contumeliam pati. Et quoniam omnia diversa subire prius paratus erat, quam à proposito discedere, mox virtutum operatione, vitasque sanctitatis tantum profecit, ut & terram sui fama replet, & gaudium Caelum. *Bonaventi. cap. 1.*

THOMAM quoque Aquitanem de monasterio Praedicatorum vitradum, & domi claustrum fratres ejus, ut à religione revocarent, biennio serè tenuerunt. Sed cum ille neque minis terretur, neque blanditiis allici posset, neque meretriculo, quam ad illum intrinseferat, lascivia delinisset, dimissus ad monasterium rediit, ac veluti Sol, qui diu nube rectu latetur, mox serenato caelo irradiare terram incipit, sic ille relictis fratribus, & domo, illuminare Ecclesiam cepit, & morum, & ingenii, & doctrinae vitos. Nequaquam ad tantam gratiae claritudinem pervenisset, nisi etiam nebula fraternae fraternitatis circumseptus curtere perseverasset, in proposito firmus, in tentationibus invictus. *Sur. Tom. 2.*

Ille quoque duorum perseverantia, in primis memorata digna, Joannis Abbatis, & Pessii Eremitae. Hunc (sicut à Cassiano relatum est) quadraginta annis, quos in solitudine exegerat, comedentem Sol non viderit, quòd ocafo dumtaxat Sole junium solvere consueverit. Illum vero nunquam vidit irati, eo quòd nunquam omnino iram concitatus esset, licet magno fratrum numero praesideret. Quaerit aliquis, quomodo infonates castigavit, si nunquam iratus sit. Neque enim fieri potest, ut in tanta multitudine aliquis non peccarit. Huic respondendum, quòd ne delinquentes quidem irascendo castigandi sunt, sed miserando. Irae proprium nocere est, castigationis prodesse: in altero virtus, in altero vitium est. Sed cur inquit, in Scripturis Deus irasci dicitur, si ira vitium est? Irasci quidem Deus dicitur, non quòd irascitur, sed quia dum iuste punit, iratus videtur. Judici autem, ac praedici punire convenit, ut juvet, non irasci, ne nocent. Quod autem & ille juvetur, qui punitur, hinc patet, quia impunitus plus delinquit, & ubi plus delicti est, ibi poena gravioris exactio est. Hoc quidem modo Joannem hunc nunquam fuisse iratum crediderim. Alioquin si peccantem fratrem nunquam corripuisset, si nullo poena genere affectus, irato nocentior esset. Malum enim, quòd quantum in ipso est, praecipere debet, crescere licentia fineret. Itaque ut eodem unde digressus sum revertar: semper eandem animi lenitudinem servasse, non omnia delinquentium animadvertione, magnam atque magnificentiam fuit. *Cassian. Coll. 5. c. 27.*

De Elpido quoque Abbate memoriae proditum est, quòd per quinque, & viginti annos nunquam se ad Occidentem verterit, semper ferè orans, & in illum cui nomen Oriens, jugiter contemplantis. Non putavit nefas esse retro aspiciere, sed sibi ipsi voluit imperare, ut cum corporis appetitum ab iis etiam, quae licita erant, refrenasset, facilius ab illicitis custodiret. *Pallad. bist. 108.*

NATANAEUS etiam Anachoreta, quam constans in perseverando animatus fuerit, ex eo intelligi potest, quòd semper clausus vixit, Episcopos ad se venientes reverenter excepit, abeuntes ad limen usque officii gratia profectus esset. Neque ut inde pedem effertur, callida (ut alibi diximus) diaboli evocatione induci potuit, sicque septem, & triginta perseverans annos, elatus inde non egressus est, corpus patiens, cellamque reliquens in consorium receptus est Beatorum. *Pallad. bist. 18.*

SARA in Scythiaco Virginium monasterio Abbatissa, juxta quòd Buivius molli ter labens, perspicuisque limpidis aquis intuentium oculis mira amenitate detinere solebat, cum tantam in eo cerendo jucunditatem esse audivisset, sibi ipsi imperavit, nequando illum aspiceret, ne quam ex eo caperet voluptatem. Itaque annos sexaginta, quibus ibi vixit, nunquam fenestram adiit, nunquam tam prope fluentem fluvium vidit, ut potius

potius flumen illud videre digna esset, cujus impetus laetificat civitatem Dei. Et quoniam in cavendis terrenarum rerum oblectamentis perseveraverat, caelestium felicitatem perenniter possedit, aeternis diu singula repetentes exempla diu semper contempserit. Sed quid fingula repetentes exempla diu semper immoratur? Omnes enim laetulum Sancti, Sanctaque ad ipsum sanctitudinis culmen in bonis operibus perseverando pervenere. Alius alia virtute magis excellit, sed unusquisque in sua vitam finivit: Nisi bene, & rationally inchoata ad ultimum usque deduxissent, nec inchoaste profuissent. A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino, ut quod speravit, accipiat. Serviamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris, & merebimur audire: Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposui mihi Pater meus regnum, ut ceteris, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat super thronos, judicantes duodecim Tribus Israel. Quòd si tanta beatitudinis gloria remunerantur in bono perseverantes, quanam tanta mentis infansia nos tenet, ut velimus defecere cum praeteritis deficientes ad contrariam beatitudinem miseriam devolvantur.

Romanus, cum jam carnifici cervicibus porrexisset, nuntiusque subito accurrit, qui veniam ipsi ab Imperatore Juliano afferret, id agerrimo animo tulit, atque his verbis usus est: Scilicet indignus eras Romanus, qui Christi martyri appellaretur. *Theod. 1. 3. bist. Eccl. c. 16.*

Victor proconsul Carthagini, vir dives, & clarus, ad veritatis negationem sollicitatus à Rege, & promissionibus multis ad defectionem inclinat: respondit: Dicitur Regi vestro, ut subiciat me ignibus, adigat bestias, excruciet omni genere tormentorum. Si consensio, frustra sum in Ecclesia baptizatus catholica: Nam si hac praesens sola vita fuisset, & aliam, quae vera est, non sperarem aeternam, nec ita fecissem ad modicum, quae temporaliter gloriaretur, & ingratus existerem, qui per fidem meam omnia sua mihi contulit. *Victor. lib. 3. Vandalicae bist.*

CALYGONUS, cubiculi praepositus, mandare aliquoties Ambrosio ausus est. Me vivo tu contemnis Valentinianum? Caput tibi tollo. Ambrosius respondit, Deus permittat tibi, ut impleas, quòd minaris. Ego enim patiar, quòd Episcopi: tu facies, quòd Spadones. *Ambrosii Epist. 33.*

THEODULUS, cum ob fidei confessionem sub Juliano Apostata cruciatus impositus esset, ut in omnium conspectu aflaretur, ad praedictum in mediis cruciatibus dixisse ferret: Si affas carnes degustare cupis, Amathi, in altero lato me verte, ne semicrudus ad edendum parum suavis tibi reddat. Idem de Laurentio, Macedonio, atque Tatiano martyribus, alii etiam scribunt. *Niceph. lib. 10. c. 25. bist.*

ATHANASIUS, cum sub Juliano Apostata crudelissimo Imperatore, in maximo esset vitae periculo, & populus mirum in modum contristaretur, alta voce clamans: Bono estote animo, inquit, nubecula tantum est, quae mox evanescet splendente sole. *Sozomenus lib. 6. Triparti. bist. cap. 26.*

POLYCARPUS, cum fidei rationem redderet, atque constanter perseveraret: Herodi proconsuli ignem minantem respondit: Ignem minaris hunc, qui ad momentum incenditur, & paulo post extinguitur. Verum ignoras futuri judicii ignem aeternum fore, qui ad perpetuas poenas preparatus est impiis: *Euseb. lib. 14. cap. 3. Eccl. bist. Ibidem.*

Idem ab Herode proconsule admonitus, ut juraret fortunam Caesaris, & convicia diceret in Christum, respondit: octoginta, & sex annis servio ei, & nihil me laesit unquam: qua igitur conscientia maledicem, & blasphemarem regem meum, qui salutem mihi dedit? Cumque rursus vehementius urgeretur, ut fortunam Caesaris juraret, Si hanc, inquit, iactantiam quaeris, ut ego fortunam Caesaris jurem, & quis sim ego ignoreare te similes, audis à me: Sum Christianus. Si vero eam rationem vis Christianae religionis accipere, statue diem, & audi. At cum proconsul diceret, Suade hoc populo: respondit Polycarpus. Tibi quidem respondi, quandoquidem principibus à Deo datis in primis honos debeatur, modo religioni non fit. Deoque contrarius: Populo autem furenti satisfacere, non fit possibile. *Euseb. lib. 4. Eccl. bist. cap. 5.*

DIACONUS quidam Ecclesiae Viennensis, nomine Sanctus, tanta animi castitate, & constantia canibus, cum horrendis tormentis à Christiana fide avertere conantibus, restitit, ut ne nomen quidem vel fumen, vel genus, vel civitatis unde fuit, neque utrum servus an liber, illis vellet dicere: sed omnia rogata laeto sermone responderet, Christianus sum: istudque pro *B. L. Theat. vir. Human. Tom. VI.*

nomine, pro civitate, pro genere, & denique pro quaque iterum, ac saepius est eloquutus: nec aliam vocem ethnicis ab eo elicere poterunt. *Euseb. lib. 5. bist. Eccl. cap. 1.*

LUCIUS SOPHUS, ob religionis confessionem ab Urbicio damnatus, cum jam ad supplicium duceretur: Gratias ago, inquit, quòd nequissimis dominis absolutum, ad summum caeli, terraque regem remittas. *Euseb. lib. 14. Eccl. bist. cap. 17.*

De eodem, cujus paulo ante meminimus, B. Franciscus Minorum humiliter patre referunt, quòd cum apud Episcopum Inmolensem, à quo praedictam licentiam postularaverat, repulsum passus esset, post horam redierit. Inquenti iterato Episcopo, quid petitus advenisset? Ille humiliter tam voce, quam corde: Domine, si pater filium uno ostio ejecerit, alio ei reintrandum erit. *Sur. in vit. Tom. 5.*

PACOMII Abbat. quoque laudabilis vox ad discipulos crebrius prolata: Frustra ad salutis bravium currimus, nisi hic curramus, ut cõprehendamus. Frustra cum hoste confingimus, nisi certemus, ut vincamus. Meminerat quippe illius praeproci Domitici, qui perseveraverit, usque in fine, salvus erit. *Marini. 1. c. 8.*

Quod prior voce, re ipsa Theodorus Martyr complevit. Immanes cruciatus minantibus fecit, nisi Christi fidem abjuraretis in praclarum hunc sermonem erupit: Pro fidei Christianae confessione, qui vulnera, incidat: & qui verberat, laceret: & qui cremat, flammam adiciat: & qui his verbis offenditur, linguam eximat. *Nyssen. in Vita ejus.*

ATTALUS cum subiectis prunis in sella ferrea torreretur, voce magna ad plebem clamavit: Ecce hoc est homines comedere, quòd vos facitis, qui à nobis velite occultum facinus inquiritis, quòd vos aperta luce committitis. Nos enim neque homines comedimus, neque aliud malum operati sumus. *Ex Euseb. lib. 5. Hist. Eccl. c. 3. Beyerlinck in Apophtheg. Christianorum.*

Quid verò Sylvanus Episcopus Constantium tyrannum ad fidei defectionem cum adhortantem, & ni pareat, mortem minitantem, ita compellat: Potestatem habes nos puniendi: ut autem Patrum decretis dissentiamus, nihil virium habes. *Ex Theod. 1. 5. Hist. Eccl. c. 24.*

An aliud expectatis à Magno illo Basilio, qui supra hunc etiam locum alia laude illustravit? Valentis Caesaris iustu patria proscripto, & ad tribunal Praefecti pertracto, cum praesens interitus denunciaretur, nil turbatus; Utinam, ajebat, mihi quidquam esset digni muneris, quòd offerrem ei, qui Marturius Basilium de nodo solli abolveret. *Ex Hist. Eccl. lib. 11. c. 9. Beyerl. supra.*

Pati fortitudine Eusebii Samosatensis. Cum enim nolenti sibi tradere decretum Arrianorum adversus Melitum, minaretur Constantius dextram se abscissurum; utraque palmas porrexit, inquit: Molire in me, quòd potes, decretum non dabo, clarum Arrianae pestis indicium. *Ex Theod. Typ. Hist. c. 49. l. 5. Idem ibi.*

Quam gloriosi hac virtute, tenelle aetatis licet, Germani Fratres, quorum tanto illustrior est Perseverantia, quanto ad resistendum aetatis imbecillior. Volebat hos de immolatis sumere Tyrannus: ac primū muneribus, quibus trahi minor aetatis; dein minis, quibus terri solet, adigit. Illi fortiter; Non hoc inquit, à parentibus accepimus. Post verba ad verbera deventum. Cumque senior jam animam agere videretur, alter eum amplexatus, nihil de constantia remittens; Vicisti, inquit, frater, vicisti, & vita sanctum, eodem perseverantiae spiritus victor etiam comitatus est, aeternum cum eo victurus. Retulit inter alia P. Adrian. Mangotius, Soc. Jesu. presb. in Orat. quam habuit de B. Virg. Concept. in congregat. Sodalium Antwerp. Beyerlinck in Apophtheg. Magnam Perseverantiam argumentum tenelli illi: aequè illustre Dionysiae Reginae Humerici Fil. exemplum. A tortoribus namque tarpiper denudata, cum graviter caderetur, itatus rivuli sanguinis toto corpore fluitarent, alaci, & libera voce dixit: Ministri diaboli, quidquid ad opprobrium meum vos facere existimatis, hoc ad laudem meam à me reputari fateor, & ita inter virgarum ictus, invicta spiravit. *Ex Euseb. in Hist. Eccl. Idem ibi.*

Quia verò Perseverantia est stabilis quaedam permansio, sollicitum ferunt Petrum Card. Aldobrandinum dicere: Perseverantia est virtutum baculus, cui nisi imitantur, omnes corruunt. *Hiericus Barneus in Apophtheg. de Principe.*

Requisita Constantia Religiosa, Martyrium, &c.

* Persona.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Persona, Graece, προσωρον, Hebr. נפש, & sic accipitur pro corpore, in quo est anima rationalis, à verb. נפש, id est,

id est, animatus est, respicitur, recreatus est, animo refrigeratus est, ut cum attrahitur spiritus placide, & vegetatur anima. Per Synecdochen, anima pro toto homine sumitur, & Gallicè dicimus, *une ame*, pro persona, quæ anima, & corpore constat. Est autem persona secundum Theol. Naturæ rationalis individua substantia.

Est quæ definitio Boethii: & constat personam dumtaxat dici de rebus ratione præditis: adeoque esse minus commune respectu suppositi, quod definitur esse individua substantia, id est, quæ nulla ratione communicatur per sui multiplicationem. Unde Persona est suppositum rationale, seu intellectuale, debetque esse substantia completa. Hinc anima rationalis non est persona, neque suppositum, quod Græci vocant hypostasin, cum sit substantia incompleta.

POENENDA IN DIVINIS.

LAURENTIUS Valla docuit, Personam non magis in divinis ponendam, quam in bruto, sed nimis bruta est ea sententia, cum sit fidei, in divinis esse tres Personas, definitum in symbolo Athanasii. In portat enim persona, quicquid in natura rationali est perfectissimum, nullamque imperfectionem includit. Significat quoque modum existendi perfectum, qui in eo consistit, B quod substantia intellectiva non existat per modum partis, aut formæ, aut quasi formæ in alio. An verò in Deo nomine persona significet relationem, quove modo omnibus personis divinis sit commune, consuluntur Theologi de SS. Trinitate, & quæ nos de Deo trino, & uno diximus in *Loco de Deo*.

PERSONARUM ACCEPTIO. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Acceptio personarum, quam vocant Græci *προσωποληψια*, quod acceptioem faciei, sive vultus significat; est, quando in aliqua distributione non respicitur causa, sed persona, id est, aliqua personæ conditio, nihil ad rem, quæ distribuitur faciens, & ob quam minus dignus præferatur digniori.

IN DEO LOCUM NON HABET.

In Deo locum non habet personarum acceptio, etiam si dona sua, neque omnibus, neque æqualiter inter homines distribuat. Primum, quia acceptio personarum locum non habet, dum quis bona sua propria, ad quæ illi, quibus sit distributio, nullum jus habent, distribuit.

Secundo, Deus in hac distributione non præfert indignum digno, ob aliquam conditionem in homine existentem, quæ nihil ad distributionem faciat: est enim interdum minus dignos majoribus auxiliis præveniatur, id facit ob justissimas causas, nempe, ut ostendat se gratis dare, & nemini se esse debitorem horum donorum.

Tertio, quia omnibus auxilia prima salutis impertit, prout fert conditio cuiusque, & quemque juvat ad ulteriora, saltem quatenus se ille per priora auxilia disposuit, & idoneum reddit.

Hinc *Ab. 10. c. 10.* cum Petrus cognovisset Cornelium gentilem cum familia ad fidei Christi vocari, dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptio Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operatur justitiam, acceptus est illi; ubi insinuat, potuisse videri acceptioem personarum apud Deum, si solus Judæis, non etiam Gentibus cum timentibus, & justitiam operantibus, fidem in Christum contulisset.

EADEM CONSIDERATA RESPECTU BONORUM, IN QUORUM DISTRIBUTIONE REPERTUR.

Reperitur primo acceptio personarum in distributione Justitiam, quam facit Juxda, dum partibus jus dicitur ut docet *D. Thom. 9. 63. art. 4.* est enim jus dicere, sit actus justitiæ commutativæ, quatenus ex officio est debitum; tamen quatenus sit inter duos habet modum justitiæ distributivæ. Jus enim suo modo est, quoddam bonum commune distribuendum partibus. In hujusmodi distributione, jus Juxdae aliquid respiciat præter causarum merita, committit hoc vitium acceptioem personarum: quod sæpè ei prohibetur in Scripturis, *Lev. 13.* Non consideres personam pauperis nec honores vultum potentis, justè judica proximo tuo. *Item Proverb. 18.* Accipere personam in judicio non est bonum, id est, nihil habet boni, valdè est malum.

Secundo, locum habet in collatione beneficiorum, & in electione, & presentatione ad illa; beneficia enim Jure naturali, & positivo debent conferri dignioribus, id est, qui optime putantur officio functuri.

Tertio in conferendis officiis secularibus, ut in officio Consulis, Prætoris, Senatoris, Consularii, Quæstoris, & similibus; hæc enim sunt bona quædam communia Reip. instituta ad ipsius commodum, quorum distributio pertinet ad Principem. Unde tenetur jure naturæ, ea maxime idoneis, & Reip. utilis conferre.

Quarto, locum habet in oneribus distribuendis: hæc enim

justa proportione distribui debent, ne pauperes magis graventur, quam divites.

Quinto, in exhibendo honore, seu reverentia: ut si quis in publico confabulo, aut in mensa alicui non assignet locum, qui ei ratione eruditioris, vel gradus debetur. Debet tamen id heri dolo, vel lata culpa: alioquin non censetur injuria.

Notandum est, Titulum, ob quem alicui debetur honor, esse excellentiam naturæ rationali congruentem, quæ consistit in sapientia, virtute, & potentia: nulla enim alia perfectio reddunt naturam rationalem excellentem, & honore dignam.

Unde maxime honorandi, Primò, Homines sapientia, & sanctitate præditi.

Secundo, qui potentia præstant; ut Principes, qui divinæ potentie sunt participes; & Parentes, quia post Deum sunt nobis principium naturæ.

Tertio, Senes, quia senium est signum prudentiæ, & virtutis.

Quarto, Divites, quatenus divitiæ sunt instrumentum virtutis, dum ad multa bona opera facultatem præbent.

Exemplum hujus vitii utriusque Jordanis cum sacerdotibus, tum profanæ requirantur in loco de Acceptio Personarum in *Litt. A.*

PERSONATI, QUI & LARVATI COMMUNITER. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Personati appellantur, qui personis, id est, larvis induuntur; est enim Persona, quam *προσωπον* Græci dicunt, facies conficta, sic dicta à personando, id est, clarè sonando, ut ait *Bassus apud Gellium*. Os namque cooperimento tectum, unaque ad emittendam vocem parte apertum magis clarum sonum reddit. Rectius fortassis Personati dicentur, ex eo quod personam aliam induentem, & habitu externum suum mentiantur, & alienam, multumque diversam repræsentent. Unde & Metaphoricè hoc nomen censentur, qui alius foris ostendunt, aliud intus machinantur.

Larvati autem idem sunt, quod Personati dicti à Larvis, id est, confictis, & ad terrorem compositis indumentis: quamvis generali vocabulo etiam vocentur, si ad honestam recreationem, aut turpitudinem adhibeantur. Larvæ siquidem veteribus erant noxiæ Inferorum umbræ, à Laribus ita nuncupate, & Græcis *μορφαί* dicte. *Aug. 14. de Civ. Dei*, Larvas describit esse animas hominum depravatas, & malis vitæ meritis maculosas, quæ à corpore separate terrorem fiant hominibus. Horatius vulgi more usurpat, *l. 1. ser. sat. 5.* Nil illi larva, aut tragicis opus esse coarbitat. Barbari vocant Mascas, & Momos: quæ voce Longobardi Dæmones expriment, & Striges nocturnas, lamaque infanticidas, & Græci *μορφαί* vituperium, maculam, irrisionem, dicunt. Unde & Momum fingit Apulejus Deum, qui reliquos deridebat. Quo modo & ridiculos se præbent, & omnium famis exponunt, qui has larvas induunt, & personati discurrunt. Apud Græcos erant illusiones Attellani, quibus in scena permittunt alienam induere personam.

PERSONARUM, ET LARVARUM USUS. VEYLUS, ET CHRISTIANIS INDIGNUS.

Deus olim hujusmodi larvas prohibuit, dum abominabile pronuntiavit, si vir mulierem, & virilem mulier vestem indueret. *Deut. c. 22.* Idque ideo, ne quis veste se alium, quæ revera est mentiarum, neque libidinis, imposturis, & fraudibus laudetur. *Quem præstare potest, ait Poeta, mulier galeata pudorem, Que fugit à sexu?*

Vetatur jure, ne histrio personatus in scenam veniat cum vestibus sacris, aut Vestalium, *l. 1. de Episc. audient. c. 5. H. fin. de Episc. & Cler. coll. 9.*

Lege Longobardorum, qui furtivum indumentum induerit, aut faciem latrocinantium animo transformaverit (quod Gualapuri ipsi vocant) multetur 80. solidis. Apud Anglos olim capitale id fuit. *Polyd. Vng. 15. de Invent. rerum.*

FRANCISCUS I. Gall. Rex anno 1539. die 9. Maii vetuit, ne quis larvatus, & armatus, per itinera, aut civitatem incederet, adiciens bonorum proscriptionem, & alias penas, & Senatus Patifensis prohibuit larvas vendi, aut deferri, an. 1551. die 25. Jul. Constitutiones Ecclesiasticas, larvas istas, ut turpitudines explodunt, & corrumpunt Christianis, necum Clericis, indignam. *cum decor de vit. & bon. Clericorum apud Greg. de spectac. in Eccl. non faciend.*

A DEO INCIPIENS.

Celebrabantur in aula Regis Gallie Caroli VI. ejusdem nobilis festivitatis nuptiales: Rex animi recreandi gratia (erat enim mente paulisper læsus) & novi spectaculi convivis exhibendi studio, cum quinque aliis, ludis nocturnis, in cœnaculum prodit, vultu in Leonini oris imaginem personato; reliquum vero corpus delibutum, multoque limo depexo, ac in villos confecto ita contexit, ut hispidi, ac semiferi potentis spectem

ciem spectantibus præberet in orbem recte data choreas pedibus plaudent, scilicet carmine modulantes. Tota ex Regia fit concursus ad picturam spectaculum. Ludovicus Aurelianens. Regis frater, studio clarissimi videndi, correptam faciem propriis admo vit. Ex qua fenestra fortè in Regem incidens, & repentinum, in omnes illos effusa flamma, conflavit incendium. Rege vix servato uxoris Biturigi vestis caudata fluxaque, qua involutus est, antequam ad vivum flamma jam corpus lambens pervenisset, quatuor miserè utulati perierunt. Quintus in propinquam cellam ruens, aqua vinoque se perluens, saltem sibi peperit. *Paul. Emil. 1. 10. Hist. Franc. Francisc. Bellosorensis in vita Caroli VI.*

Idem in Germania accidit ann. 1570. cum Comites aliquot Hohenloenses multis comitati nobilibus Eberhardum consanguineum suum in arce V. Valdeberga, festo Bacchanaliorum visitandi studio convenissent. Hi ut nobilibus matronis, & puellis nocturnum quoddam ludicrum (ut mos iste nimis frequens obtinuit) exhiberent: Faunorum personas, multa stupa, lineis vestibus pice, resinaque agglutinatis, mentiti: jucundissimo spectaculo convivas ad ludum, projectis in mentibus stiperis, provocant. Ex quibus una fortuito casu in terram delapsa, puer personatus dum reperit, finalis incautus adhibiti flammam concipit, & operi implorat flammam. Eberhardus ipse, pro sua pietate puero periclitanti opulaturus, eodem malo corripitur: incenduntur & reliqui. Jocus esse primò visus est. Mox rem serio agi clamores omnium indicant. Ad labrum vicinum, quod Comes in hunc eventum, aqua adimpleri jussit, certatim accurrunt. At illud modò exaruerat. Erat qui pſycheum, aqua plenum afferret, sed in ipso limine præ nimia festinatione offendens collabitur, effusa, quæ intus erat, aqua. Alterius aquam ferentis eadus ligneus fatiscens, auxilii desperatione calamitatem auget, & vertitur lætitia in miserabilem equitatum, cum tribus horis tres Comites, in ipso ætatis flore, miserè utulati multo perire. *Simon. Masol. par. 2. Colloquiorum Colloq. 7. ex Luc. Marinæo de rebus Hisp.*

Usque adò nulla est sincera voluptas, Sollicitumque aliquis lætis intervenit.

A PERSONATI INTERFECTI. PRIDE LOCUM DE HOMICIDIO.

VANITAS PERSONARUM ETIAM TRADITUR IN LOCO DE STRENA. Titulo Streptarum exercitatio.

USUS APUD ETHNICOS.

Romanis dies festus erat facer matri Deum, qui imitari, & quasi libet personas induere fas erat; atque illius oblata commoditate, Maternæ Capitei Commodum necare intendebat, sed detectus pœnas capere luit.

SATURNALIA à festis ficti solebant habitu dominorum. Et comestabuli in cervis Bacchi etiam alienas induebant formas.

QUOMODO LICITUS CHRISTIANIS.

Licere absque peccato, Christianis veste indui personata, ob honestam hilaritatem, dummodo scandalum, aut libidinis, injuriæ periculum absit, communiter tenetur. Et usus obtinuit, ut in Bacchanalibus ante Quadragesimam, ejusmodi ludicia exerceantur: uti & in conviviis nuptialibus. De Ludis autem personatis *Vide in loco Ludorum*, quomodo Antuerpiæ ab Ernesto Archiduce nuper exhibiti.

* Persuasio.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Persuasio Græcè *πειθο*, estque inter suadere, & persuadere differentia, quod suadere est accommodatis, & suavis verbis aliquem in opinionem nostram inducere conari, hoc est, hortari aliquem ad id, quod intendimus. Persuadere verò est suadendo, aut dissuadendo aliquid, hominem in opinionem nostram deducere. Unde prædeliberativa è Rhetoricis suasioria dicitur, & suasiorium munus, hoc est, officium suadendi.

Persuasio Hebr. *Pethajuth*, à verbo *Patbah*, & in 2. conjug. *Pitbah*, persuasit, illexit, induxit, suadendo ad credendum aliquid. Hinc *Psalm. 115.* Græcè, Hebr. etiam *Pattab*, hominem fatuum, imperitum, qui facillè decipitur, & cui subito postumum persuadere, quicquid libet.

DIVISIO.

Persuasoriae artis duo genera, publicæ, & privatæ. Et privatæ alia mercede fit, alia muneribus: ut amatoriam venatio munerum etiam præbet. Quæ verò mercede fit: alia per gratiam conservatur, ei omnino pro voluntatem infestationem facit, & mercedem sibi ipsi per adulationem alimentum solum exigit.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

quæ delectandi dicitur ars, alia pars virtutis gratia conversationes habere proficitur, mercedem exigens pecunias, quæ Sophistica appellatur. *Plato in Sophista.*

Persuasoriae duæ sunt species: Una, quæ fidem facit absque scientia, alia, quæ fidem facit ex scientia. *Plato in Gorgia.*

A P O P H T H E G M A T A.

Bion dicebat, superbiæ studioforum esse profectus obstaculum. Indocilis enim est, qui mani persuasione eruditioris delusus, mavult doctus videri, quàm esse. *Laert. 1. 4. c. 7.*

Cum Crates apprehenso Zenonis pallio, eum à Stilponem retrahere niteretur: Commodissimè, inquit, ò Crates, Philosophum auribus tenes: nam si per vim egeris, corpus erit apud te, animus Stilponem, *Laert. 1. 7. c. 1.*

SOCRATES, Qui per vim, inquit, coacti sunt, libertate ceu magna re privari, odio consequuntur illos, qui coegerunt: qui verò suadela inducti sunt, ceu cum gratia invitati amant. *Xenophon lib. 1. com.*

Pertinacia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Pertinacia definitioem, & Etymon tradidimus in loco de *F. Perseverantia. Vi. Perseverantia vita obstata.* Dicitur autem à voce tenax, quod idem est, quod retinens, sive adhærens puta proposito, sententiæ, opinionis. Hinc ad hæresin requiritur pertinacia in errore, quem quis proficitur, aut mente tenet. Distat hæc à Constantia, & Perseverantia, quod hæc sit firmitas quædam in proposito sive sententiæ, sive agendi, ubi, & quando non oportet non ita Constantia, aut Perseverantia, quæ inter virtutes accensetur.

Sunt quidam, quos pertinaces vocant, quales sunt ii, qui desistunt agrè à sententiâ, nec dissuaderi facillè possunt. Hi simile quiddam habent continentis: ut prodigus liberali, & audax fortis: cum ab eo abint plurimum. *Ab. 1. 7. Ethic. c. 9.*

Pertinaces sunt sententiæ suæ defensores, & indocti, & aggresses, ac sententiæ suæ defensores, in eo vel voluptatem sequuntur, vel dolorem. Voluptatem enim ex victoria percipiunt, si non dimoveantur de sententiâ: & ferunt iniquo animo, si qua quasi decreta tollantur, & infirmantur. *ibid.*

A P O P H T H E G M A T A.

Cum Marcellus aliquot diebus continenter cum Annibale conflixisset vario Marte, dixit Annibal, sibi rem esse cum hoste, qui nec victus, nec victor nosset quiescere. *Plut.*

EUSEBIUS Philosoph. Plurimi, inquit, cum velint haberi quàm consultissimi, si qua in re familiares, & benevoli ipsi homines eos dehortentur, nolunt à confirmato semel intra se proposito recedere: sed ne redarguantur à consilio suo tanquam pravo desistere, permanent in proposito, donec tandem inde profecta incommoda sentiant. *Stob. serm. 23.*

Pertinacia licet in mediâ partem plerumque sumatur, hæc tamen quædam reserret licet, quæ sunt sub apophthegmat. *de Constantia, & Perseverantia. Vide OBSTINATIO.*

PERTINACES IN QUO. UT PUTA IN HÆRESI, SUPERSTITIONE, IMPIETATE.

Sexto generali Concilio Constantinopolitano contra Monothelitas instituto, Macarius, Patriarcha Antiochenus, quid sui iudicii esset, rogatus, se cum suis in pristino manere proposito affirmavit, citiusque milles moriturum, quàm de suscepta sententiâ decessurum. Quam vocem ubi Imperator Constantinus, & Catholici audierunt, ira perciti, orarium collo demi jussurunt, eumque cum suis ex Concilio pulsum sacro anathemate percuti sunt. Factum est autem, ut eadem hora atra omnes arancarum tele conclavis è laquearibus lapsæ sint. Quæ reconstpcta, cuncti subito viles ipsas hæreticorum sortes evanuisse lætis vocibus, atque animis ominati sunt. Macarius cum sociis abdicatus, atque in Italiam relegatus est. *Signon. l. 2. regni Ital.*

JOANNEM IV. Pontificem Rom. Heraclius Imp. à Sophronio Hierosolymorum Patriarcha comunitus, de una Christi voluntate consuluit, atque acrem à sanctissimo viro de ejusmodi opinionis perseverantia objectionem retulit. Itaque pudore affectus, cum neque susceptum errorem abicere vellet, neque aspera Catholicorum sustineret convicia possent, editum proposuit, ne quis unam, neve duas in Christo voluntates assereret. *idem.*

Erant adhuc multi non solum Romæ, sed etiam in Senatu Romano, errori gentilitatis addicti. Hi, imbecillitate Valentini I. pueri, & Justinæ matris ejus illecti, consiliis communicatis, petere ab eis statuerunt, ut ara vetus in curia reponeretur, ad quam jurare Senatores solebant de rebus publicis

consulturi, & ut sacris faciendis sumptus ante sublata à Gratiano restituerent. Quod cum Christiani, qui numero superabant, clam moveri sensissent, libellum Damaso Pontifici obtulerunt, denunciantes, nihil se ejusmodi censuisse, neque assensione sua probasse: si id concederetur, se in Senatum non venturos. Quem libellum Damasus ad Ambrosium, ille ad Gratianum misit. Occiso Gratiano, Symmachus urbis praefectus, homonon tam eloquentia, quam Gentilitatis studio clara, relationem Senatui nomine ad Valentinianum misit, petens, ut, quod paulo ante agitari coeptum erat, ipse aram victoriae reponere in curia sineceret: atque impensa ad sacra facienda à Gratiano Augusto sublata restitueretur. Quod ut Ambrosius Episcopus Mediolanensis audit, proxima, ut ipse inquit, legatione confusus, Valentinianum ad ejusmodi indulgentia, quae Gentilitatem reduceret, advocavit rogavitque, ut sibi relationis exemplum remitteret, ut ei respondere posset, quemadmodum accuratè respondit. Legitur adhuc scriptum utrumque. Ceterum, cum in Consistorio Valentiniani omnes, qui aderant, Christiani, & Gentiles ea reddenda esse contenderent, solus Valentinianus dissentit, ac Christianis perfidia incutit, Gentilibus ita respondit: Quo modo, quod pius frater B eripuit, me reddere luaditis? cum & religionem laesus sum, & fratrem, à quo nolo pietatis officio separari? Subiicientibus autem illis, patrem illum nunquam, ut eas eriperet, adduci potuisse, occurrit: Patrem meum laudatis, quia non abstulit: nec ego abstuli: neque idem reddidit, ut me debere reddere contendatis: & si reddidisset, frater ademit, cujus in hoc genere imitatore me esse malo: nam perinde hic Augustus, & ac pater fuit, & par utriusque debetur reverentia, & par utriusque est erga rempublicam gratia. Sig. lib. 8. & 9. Imp. occ.

HONORIUS Imp. Alarico Romam obfidente, novis creatis Magistratibus, ac praefectis, Generidum Dalmaticis copiis, & ceteris, quae apud Pannoniam superiorem, Noricos, & Rhætos in praefidiis erant, praefecit, lege lata, ne quis in aula cingulum militare indueret, qui Christianus non esset. Quae lecta, Generidus, qui tum Romae militibus praerat, & Gentilitati studebat, cingulum posuit. Cum autem Honorius mandaret, ut, quoniam in magistratu esset, ad aulam in ordine suo veniret, lege se cingulo prohiberi respondit, quia Christum non coheret. Honorio vero subiiciente, ipsum, qui de re publica bene meritus esset, ea lege non teneri: se cum honore respiciendo dixit, qui ad caeterorum injuriam pertinet. Itaque legem tollere in omnibus Honorius est coactus, & permittere, ut in sua quisque religione magistratum, ac militiam gereret. Sigon. 10. lib. Imp. occ.

Polychronius haereticus iustus in Synodo exponere suam fidem, exhibuit chartam, in qua erat sententia Monochelitarum scripta. Afferebat autem se impossibilem eam mortuo alicui cadaveri, ejusque resuscitatione demonstratum virtutem veritatis. Synodus consentit. Expectatur mortui resurrectio in multis horis. Polychronius insulturno, in aures cadaveris, nihil efficit: ac tandem confitetur, se mortuum excitare non posse. Nihilominus in erronea sua sententia persistit, cum Macro Episcopo Antiocheno praepatore se errare malle, iniquens, quam cum aliis rectè sentire.

In persecutione sub Hunerico Vandalorum Rege, cum miraculis clarescerent Orthodoxi Episcopi, Eugenius, Vindemialis, & Longinus: Cyrola Arianorum Episcopus, ut & ipse inclaresceret, hominem conduxit quinquaginta aureis, qui innotam D cecitatem simulans, ope ejus imploraret. Accedit ad eum Cyrola, & admoventibus ad oculos mentientis se caecum. Secundum fidem, inquit, nostram, qua rectè in Deum credimus, aperiantur oculi tui. Ad quae verba dolor tantus oculis illius invasit, ut digitis, ut comprime eos, ne creparent, cogere. Prodit itaque ad omnes Cyrola composita fraude, haereticque damnata, precibus Orthodoxorum praedictorum dolore liberatus est. Gregorius Turonensis lib. 2.

Diu superstitio Sivantoviti à Rugians culti, inter Bohemos viguit, donec Venceslaus, Principem Bohemiae agens, impetravit ab Othone Caesare D. Viti reliquias, religionem mutavit. At ne sic quidem memoriam Sivantoviti delere ex mente Bohemorum quivit: quippe nunc quoque nullam magis solemnem salutationem habent, quam eam, quae fit sub Viti nomine. Exceptum enim hospitem, vel amicum, peregrè advenientem, Vitae, Vincingemant, sospitati, quasi Sivantovito concessa, ita congratulantes: quia forte ita evenit, ut, peste inter vicinos increbescentes, ipsi dumtaxat, qui Sivantovito colebant, à contagio integri, & incolumes permanerint. Dubr. 1.2.

ROSTOCHI Mulier haereseos convicia stabat supplicio proxima ad ignem. Filius ejus, frater Ordinis Cisterciensis, cum lacrymis matrem moneret, & obsecraret, ne se temporalis, & aeterno traderet incendio, dum respiciendi tempus sit. Tum illa respiciens torvis oculis, Abi, inquit, deterrime mortali: nunquam tu hoc utero portatus, his es lactatus mammillis: pro vero suppositus es adulterinus. Sic etiam suos Diabolus Martyres ad supplicia fortes facit. Cran. lib. 10. Vandaliae cap. 9.

IN TYRANNIDÈ PERTINACES.

Dionysius Senior cum in tyrannidis exordio à conspirantibus in eum civibus obderetur, amici consulebant ei, nisi vellet in potestatem eorum redactus necari, ut deponeret dominatum. At ipse hanc cum videret, quem cocus mactabat, illico concidentem: Quid, inquit, dum sit, inquit, si mortis timore adeo brevis tantum imperium relinquamus? Plut. in Apoph. Regum.

Proferentibus in medium, quod Sylla dictaturam deposuisset, cum Caesar perpetuum gereret, quod minimum aberat à tyrannide: respondit Caesar, Syllam nefcivisse literas, coque dictaturam deposuisset. Distant Grammatici discipulis, cum praerant, aut recitant scribenda: huc alludens, dixit illum nefcivisse literas. Erasim. 4. Apoph.

IN EXISTIMATIONIS CONSERVATIONE.

Alexander Magnus Quendam peritissimum inter Indos in arte sagittandi, celebratumque per annulum mittere jaculum, bello ceperat. Huc iustis, documentum ederet, ac recusatam ira incensus trucidari imperavit. Qui inter ducendum dixit eis, qui ipsum ducebant, multos dies non esse meditatum se, ac ne aberat veritum. Eo Alexander nunciato, illum in admiratione habuit, missumque fecit, additis muneribus, quod occumbere citius, quam gloria illa videri indignus sustinisset. Plut. in Apoph.

IN ODIO, INIMICITIIS.

Græcorum memoria nostra, inquit Plut. pœnitissimi, in saltatorum studiis, & citharæ sonum primum didicissent: hinc G natoria in Edepho citharicaque, & andronas nutu semper obmoliebantur, ac certamen de arca contrahabant, incidabantque, & avertent canales: donec tandem omnibus fortunis à tyranno vexati, exules, pauperes, & penè dixerim in alios homines versi uno permanserit eodem mutuo. Plut. de pietate erga fratres.

GARSIAS NAVARRÆ Rex Ferdinando Castelle Regi fratri suo regnandi libidine bellum indixerat. Nobiles hac occasione caprata, tributorum immunitatem, & rapinas deprecabantur, & leges patrias confirmari petebant. Quos ille, ne timore quidquam concessisse videretur, superbi à se repulsi, robori suo, quo omnes alios superabat, nimitum fidens. Nutrius ejus fatalem hanc oblationem ejus frustra accusans. Ego malum publicum antevertam, inquit, cumque jam infesta consisterent acies, sola lancea, & gladio instructus, caetera incernis, in prima acie perire, ne alumni gentisque excidio superfleret. Garsias à duobus, quos iniuste profcriperat, lancea perfoiss occubuit: Ferdinandus Navarrae regnum occupavit. Rodericus Toletan. l. 6. rerum Hisp. c. 10.

ALEXANDER III. Pontif. anno salutis humanae MCXXI. est mortuus, & in basilica Lateranensi sepultus, vir acerr in primis, & in suscepta Ecclesie defensione constans, inimicitias Frederici I. Imp. quos non tam moderatè exerevit, quam fortiter suppavit, virtutis, memoriaeque insignis. Sigonius lib. 14. regni Ital.

JULIUS II. Papa Mirandulae obsidioni an. MDX. praesens intererat, huc atque illic semper castris obsequians, ut torquentia universa rectè collocarentur. Neque vero illum ingentes nives, non acerbissimum gelu retardabat: eo majore incensus furore, quod in ejus culina duo viri, tormenti pila ex oppido emissa percussu interierant. Quo periculo cum inde migrasset, quia sibi ipse temperare non poterat, postero die reversus, novis periculis, in Cardinalis Rhegini tentorium divertere fuit coactus: quo oppidani forte ejus cognita praesentia, non sine ejus vita discrimine, magnum tormentum direxerant. Erat sane notatu dignum Galliae Regem Ludovicum XII. atate florentem, in armis educatum, eo tempore domi quiescere bellum

bellum, quod praecipue in se gereretur, per Duces administrare: summum vero Pontificem, Christi in terris vices gerentem, senem, atque aegrotum, in deliciis voluptatibusque nutrum, ipsummet in bello à seipso contra Christianos excitatum, atque adeo in ipsis castris ad ignobilis oppidi obsidionem stare: ubi velut copiarum Imperator, laboribus, periculisque editis, nihil praeter ornatum, nomenque Pontificis retinetur. Ergo cum in cepto perseveraret, oppidanis tandem ad deditonem compulsi, & praemunia (qua porta terra obstructa erant) in urbem descendit. Guicciard. lib. 9.

IN SENTENTIA SEMEL SUSCEPTA PERTINACES.

FRIDERICUS I. Imp. ad subigendos Italiae urbes rebelles conventum Principum indixerat. Intererat ei quoque Henticus Leo, Saxonium, & Bavarum Dux potentiss. nuper ex sacra peregrinatione Hierosolymitana reversus: quem tum ante alios appellans Imperator, orabat, ut expeditioni tantæ non desisset, consilio, & armis pro sua parte tutaturus Imperium, & Rempublicam. Ibi Henticus cautus atatem, & jam immixentem senectatem tolerare se prius non posse labores, assiduum armis, opibus, viris, & fidem ejus flagitante, & gratitudinem, cum immotus ille in sententia persisteret: Imperator confurgens de folio suo, ad pedes Ducis se submittere parabat. Dux vehementer turbatus ad hoc Imperatoris factum, quod incurvaretur, sub quo curvatur orbis, apprehendens medium, non esse passus ingenuculari: nec tamen flexus animo consentit voto. Alii narant Imperatorem ad Ducis pedes procidisse, Ducem ne levare quidem dignatum: tum Imperatorem (quae aderat) Casarem e terra levasse, Surge, inquit, mi Domine: memor esse velis calus hujus, meminissetque Deus Crantzium non fuisse tantam in Duce barbariem putat, ut pateret ante se Imperatorem procumbentem jacere. Imperator in Italia victor de Mediolanensibus in Germaniam reversus, cum interea multi Principes contra Henticum infurrexissent, eum ad dicendam causam quater vocatum, cum non comparuisset, sententia Principum, omni honore, & beneficio ad imperium pertinente, in conventu Herbigoleni exiit, & Bernardo Comiti de Anhold, filio Alberti Marchionis, Ducatum Saxoniae C solenniter donavit, anno MCXXC. Henrico dejecto, hostes omnes ejus excitati, parum prosperè pugnarunt. Tandem Imp. etiam ipse in eum duxit: Henticus armis coactus, sub publica fide Erfordiam perens, pedibus, Imperatoris provolutus, veniam & gratiam postulavit. Imperator illum de terra levans osculatus est, nec tenuit lachrymas, quod tanta tamque diuturna inter omnia familiarissimos, & sanguine conjunctissimos contrivertiam perduraret. Non tamen potuit Imperator sine Principum assensu reponere eum, quem omnium consensu deprecatur bene tamen sperare justam hortatus est, ut de simibus Imperii per aliquod tempus cedens, sententiam imperii honoraret: futurum interim, ut Principum in eum animi mollierent. Abiit ergo in exilium, anno MCXXCI. abjurans cruenio fines Imperii, transiit in Angliam ad fororium suum Richardum Angliae Regem, cum uxore ac liberis. Patrimonium tamen illi suum Imperator permisit in medietullo Saxoniae. Crantzium lib. 6. Saxoniae, cap. 35. usque ad 45.

Quare HAERESIS.

Pests. Pestilentia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

PESTIS dicitur. Hebrais Deber à verbo Dabar, subvertit, est venenosus vapor in aere concretus, inimicus spiritui vitali qui quavis omnem humorem possit inficere, pocillimum tamen inicit sanguinem: & illi obnoxii sunt, qui corpus habent dispositum ad febres propter humorum redundantiã, qui facile putredinem, & inflammationem inducunt. Quin si ea infectio diu in aere perduret, etiam aquas, & fructus terræ inficit. Unde in civitatibus, & locis peste infectis, sunt passim susumigationes ex juniperi, myrrha, theberynto, pice, sulphure, & similibus, quae acrimonia sua aere purgant. Etique praesentissimum antidotum odor acris, ut qui putredim resistit, eamque acerrimamque suam infunduntur radices Angelice, Zedoariae, &c. Videatur Ficusus de Pests antidoto. c. 1. s. 6. Varias autem Pests definitiones colligit Portus l. 1. c. 4. de Pests. Nam alii eam definiunt, quod sit morbus multiplex, &

subitus, uno, & eodem tempore hominum multitudini communis. At hac non explicat illius naturam.

FERNELIUS definit venenatam qualitate est sublimi in aere dimissam, quae velut fera venenata involat in vulgus l. 4. cap. 17.

De mente Galeni, & Hippocratis, Pests est febris contagiosa, à nuttimento, vel acri corruptela proveniens, quae putredinem excellentem in contentis à corde, vel in ipsis corporibus inducit, ac ut plurimum enecat.

* APPELLATIONES VARIÆ.

Varia nomina hic morbus apud Auctores fortitur, dum hi causas, illi effectus illius contemplantur. Ibid. l. 3. Etymol. vocat contagium à contingendo: quem enim tangit, inficit, unde illius contactus vitandus. Idem vocat non pestilentiam, sed pestulentiam, quod instar ignis depascatur hominem.

Etiam dicitur Inguinia, quia facilis in inguine recipitur. Item lues à labe, vel luctu, quia est morbus horribilis, quem omnes timent, & fugiunt.

Communi vocabulo à Graecis dicitur *isidivul*: sub quo nomine Marfilus Ficusus eum tractavit, sonatque Latine, in populo. Est enim morbus, qui plerumque à Deo immititur tanquam ultricis ira ministrat.

Dicitur tamen Pests vulgò à pascendo, quod familia, & regna depascatur brevi tempore, haereditates, & provincias transferat, extinctis eorum posteris.

* CAUSA EFFICIENS.

Duplex Pestilentia causa notatur. Interior una. Exterior altera. Quoad exteriorem ea multiplex est. Ac imprimis Gentiles olim pestilentia causas in Deos retulerunt. Anno enim ante Christi natale 735. pests inter Romanos, & Laurentios populos viguit, quam Deorum ira contigisse Plut. in vita Romuli, & Dionysius Halicarnassensis lib. 2. dixerit. Nuncii enim Laurentii, & Tatus Sabinorum Rex praeter Gentium expectationem interfecit fuere. Quorum Deorum iram ut pacatam redderent, nonnulla sacrificia juxta eorum ritum celebraverunt.

Anno quoque 638. valida urbem pests invasit, cujus timore deterrita tota fuit, religione, cessi vana, repleta: Haec Livius l. 1.

Anno etiam 381. strages validissima Romanos invasit, cujus causam in Deos Capitolinos retulerunt, quos indignatos arbitrati sunt, quia à dicto loco Manlium praecipitatum, cum prius Capitolium ipse servasset. Livius lib. 6.

Addam & quartam, quae anno 274. ante mundum redemptionem Romam detinuit, quo tempore ab Epidaurio Romano Aesculapium maximo cum honore traduxere, cujus praesentia pests evanuit. Livius in Epitome l. 2.

Non desinit varia, & serè innumera exempla, quae brevitate indulgentes, consulo dimittimus, in quibus lectitermia, preces, sena, supplicationeque celebrata fuere.

* A DEO ALIQUANDO IN POENAM.

Veteris, & sacrae legis Patres, Deum pestilentiae auctorem habuisse, & praedicasse, Deuteronomii testimonio firmatur, ubi Moyses ait ad populum: Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, & ejus caeremonias, & mandata, quae praecipit tibi, non servaveris, super te omnes maledictiones venient: adjungam quoque pestilentiam, donec de terra consumet te. haec ibi, & paulò inferius: Percutiet Dominus egeitate, febre, frigore, ardore, aestu, aere corrupto, & rubigine, donec pereas.

Idem lege 2. Reg. c. 24. & 1. Paralip. c. 21. cum inani gloria ductus David, in populi numeratione peccasset, per Gad Dominus David nunciare fecit, se eum velle percutere: propterea quid horum trium mallet, eligeret, aut per septem annos famem, aut per tres menses praedium, aut tribus diebus peste conficiari. Cui David: Coarctor nimis: Malo tamen in Dei, quam in hominum manus incidere. Quare tribus tantum diebus ad septuaginta millia de populo percussu jacere poterunt, donec Angelo diceret Dominus: Sufficit, contine manum tuam.

Jeremias etiam c. 14. cum ad Deum pro populi peccatis oraret, dixit ei Dominus: Noli orare pro populo isto in bonum. Nam si jejuna verint, preces eorum non exaudiam: et si obulerint holocausta, & victimas, non suscipiam ea: quoniam & gladio, & peste, & fame ego consumam eos.

Et rursum Jerem. c. 38. post ejus captivitatem locutus est Dominus, dicens: Qui manserint in civitate hac, gladio, peste, & fame peribunt. Qui vero auferuntur ad Chaldaeos, vivent.

Et per Ezechielium cap. 5. ait Dominus omnipotens: Quia sanctum meum violastis, & in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: Ego quoque confingam te, & non parceret oculus meus, & non miserabor. Quare tertia

tui pars, peste, & fame, & gladio in medio tui morietur, & A consumetur, & in circuitu tuo cadet. Hac ex lege veteri dicta sunt satis.

Ceterum Servatoris nostri praesagia referamus, qui Luc. cap. 21. ait: Insurgit gens contra gentem, & regnum adversus regnum, & terramotus erunt per loca, & pestilentia, & fames, & terremotusque de caelo, & signa magna erunt, &c. reliqua.

Anno quoque a Christo nato 590. validissima fuit pestis, quae praeter ceteros pestes occidit, quae inguinaria dicta fuit, cujus tanta vis extitit, ut si quis oscitasset, vel sterneret, statim moreretur. Hinc signo Crucis os signari, & sternuatibus dici, ave, initium habuit, pro qua peste fuganda, cum ad Deum preces, rogationesque Divus Gregorius Magnus fundaret, juxta Adriani molem vidit Angelum, sanguine conspersum enssem mundare, & abstergere, & in vagina recondere, vocemque sic dicentem audivit. Regina ceciliatare, Halleluia: Quia quem meruisti portare, Halleluia: Refurrexit sicut dixit, Halleluia. Quibus Divus Gregorius statim subdidit: Ora pro nobis Deum, Halleluia, Hac Platina in vita Pelagii secundi, Gregorii primi, & Blondus lib. 4. biflor. Paulus Diaconus lib. 3. & Petrus Messia in vita Mauri- B ritii Imperatoris.

Fuit etiam Romae pestis a partu Virginis 533. quae non tantum Romam, sed alia Italia loca occupavit, quo tempore multus bonus, & malus apparuit Angelus veru manibus gestans, quo quoties alicuius panam percutebat, tot e domo illi mortui extingebantur. Eo tempore cuidam revelatum fuit, pestem extingendum iri, cum in Ecclesia Divi Petri ad Vincula, Divo Sebastiano altare erigeretur, ibique simplex populus ad Deum preces effunderet, quo perfecto opere, pestis evanuit. Paulus Diaconus lib. 6. Quod altare hodie quoque in dicta Ecclesia cernitur, & colitur.

Haecigitur, & hujusmodi alia, nobis demonstrant pestem a Deo altissimo in inferiora interdum mitti, ut mortalium peccata puniantur, & corrigantur; ejusque ita ultimum, & ministrum esse. Studeant itaque mortales, servare legem Domini exercituum, nec peccatorum multitudinem, & pernicia Dei iram in se provocent, pestemque puniantur, & intereant.

* CAUSAE SECUNDUM ASTROLOGOS. UBI, ET DE PROGNOSTICIS NONNULLA.

Astrologi tunc pestem fieri asserunt, cum aer malo quodam modo, a corporum caelestium variis aspectibus humanae naturae inimicus vitiat. Quando scilicet sit conjunctio Saturni cum Marte in Geminis, aut Virgine, & Venere non impedita, necnon & conjunctio Jovis, & Martis. Quae non tantum pestem, sed & alia generalia mundi accidentia, ut famem, & terrae motus, inundationes, aerisque maximas perturbationes ex sideribus, praecipue ex luminariis Eclipsibus interdum mortalibus ingruere periculosi Astrologi observant. Quae Eclipses non omnes, sed certis affectu modis haec praesare possunt: hoc vel maxime, quando Solis, & Lunae defectus, in partibus signorum contingunt, ex quibus hoc, vel illud significatur: ut quando Eclipsis in ultimis decem gradibus sit, famem, pestemque inducit: idem quoque Luna deficiens in medio denario Arietis efficit.

Et in universum alterutrius labor in signis Geminorum, D Librae, & Aquarii, famem, & sevilissimas agritudines, atque pestilentias inferunt, praesertim cum insaufa e Saturni radiatione, vel Martis Eclipsium significatio attestatur. Dummodo a fausta Jovis, & Venere radiatione miora omnia non reddantur.

Omitto jam, quod lucis defectus in supernis magnis luminariis, manca, & imperfecta haec inferiora reddunt, & efficiunt. Siquidem ab eorum lumine inferiora cuncta producentur, & vivunt. Quod Galenus 2. de diebus decretoriis c. 2. de Luna loquens, his verbis demonstravit: Omnia siquidem, quae facere nata est, ubi falci figuram representant, languida sunt. Invalescunt omnia, cum plena fuerit. Hac de Luna.

Nunc de defectu luminis Solis dicamus, a cujus Eclipsi pestis a Partenopeo partu 538. originem traxit, teste Pauli Diaconi lib. 6.

Anno quoque 703. a partu Virginis, a Solis, & Lunae Eclipsibus, immo ab eorum insolita obscuracione die tertia Maii valida pestis Italiam invasit, a qua Agaton Pontifex interfe-

ctus fuit, Platina in vita d. Pontif. Blond. lib. 9. & Tarcagnotta eodem lib.

Anno rursus 260. a Christo nato, praeter cetera prodigia, Sol per plures dies lumen amisit, quo tempore tam fava, & rabida pestis Romam occupavit, ut uno die ad quinque millia extincti jacuerint. Pet. Messia in vita Galieni Imperatoris.

At non solum corpora caelestia vario eorum motu, lumine, & influenza pestem efficiere valent: sed & ignita apparitiones, quae in sublimifunt, ut supra Graecocant, vi corporum caelestium elata pestem parere possunt. Hujusmodi sunt stella cadentes, cometae, faces, Soles plures, & similia.

Verum non omnia haec praesant, sed quae potentiorum causam habent, ut cometae, plures Soles, & similia: quibus valida exhalatio, vi corporum superiorum sursum lata inest, quae praeter id, quod aerem sicciorum reddit, modo etiam malo ipsum immutat, ut ceteris concurrentibus pestem cadentem, atque producat, ut anno 462. ante Christi adventum accidit. Quo tempore visum fuit caelum ardere, & multum igne in aere, praeter cetera tremenda, timendaque apparere, auctore Livio libro 2. Dionysio Halicarnassaeo lib. 9. & Tarcagnotta lib. 21. volum. suae biflor.

Anno 174. ante Christum natum, praeter alia prodigia tres Soles vixi fuerunt, multaque ignitae faces e caelo ceciderunt. Livius lib. 5. Decad. 1.

Anno 985. a partu Virginis stella cometa apparuit. Platina in vita Clementis 7. & Petrarca in vita Pontif.

Anno rursus 1340. comata stella apparuit, teste Leonardo Aretino l. 6. Joan. Villano l. 1. 2. part. & Petro Marcello in vita Ducum Venetiarum, in quibus supradictis temporibus validissimae pestes fuerunt: quae aliquando unum quandoque alium, & ut plurimum varia loca, ut suis locis videre licet, occupant; praecipue tamen loca, supra quae dictorum accidentium Zenith, visum fuit.

Sed animadvertere oportet dictas apparitiones, virtutes corporum caelestium sequi, quae majorem, minoremque potestatem, celeritorem, tardiorremque effectum producant, pro caeli, & locorum varietate, in quibus reperitur, & pro majori, & minori exhalationis copia, in qua fundantur: nec non pro majori minorive eorum duratione. Esti arbitrio Dei altissimi, ut cetera omnia regantur, & gubernentur: cujus haec omnia, & caelum ipsum instrumentum est.

SECUNDUM PHILOSOPHOS.

Philosophi causam Epidimiae in aere transferunt, qui putrefactus pestem producere consuevit. Putrefecit autem postifimum a caliditate extranea, & ab humiditate superflua, ceteris a ceteris qualitatibus id praesertim etiam possit.

Unde Averroes 4. Colliget. cap. 14. postquam dixit aeris intemperiem in una qualitatibus agritudines sibi similes generare, subdit deinde: Aer vero pestilentialis non ratione intemperie in una qualitatibus, sed a sua substantiae corruptione pestilens efficitur.

Hoc autem propter multam pluviam contingit, & praecipue in aestate. Quam sententiam 6. Colliget cap. 11. confirmavit dicens: A caliditate extranea, & ab humiditate superflua putrefactionem generat.

Hanc veritatem Galenus 1. de diff. febr. c. 4. sic inquires comprobavit: Cum aeris temperatura a naturali habitu ad caliditatem, & humiditatem immodice conversa fuerit, pestilentes quidem oriri morbos necessarium erit.

Eodem modo inundationes pestem causare credimus, quae largam, longamque pluviam supponunt. Non enim omnis humiditas causa pestis esse potest, sed quae diurnitate ceteris concurrentibus aerem corrumpere valet: ut anno ante Domini adventum 363. a Tyberis excessu contingit, teste Livio, & Valerio Maximo.

Anno quoque 27. ante Natale Redemptoris, a Tyberis Romae excessu valida pestis originem habuit. Dion. l. 45.

Anno praeterea 611. a partu Virginis, ob immentas, & diurnas pluvias maximum fuit diluvium, a quo totam Italiam pestis occupavit. Platina in vita Bonifacii IV.

Frigiditas vero, & siccitas, per se pestis causa non sunt, cum per se putredinis causa non existant.

Siccitas vero potest esse causa pestis, sterilitatem inducens: ut anno 363. a Christo nato evenit, quo tempore cum multis mensibus non pluisset, siccitas maxima successit: propter quam cum convenientia cibaria mortales non habuissent, ferarum

ferarum cibos comedere coacti sunt. Unde humores in ipsis A. genii, quia putredini erant obnoxii, pestis causa esse poterunt. Sozomenus lib. 6.

Ceterum in universum sciendum est, quod ficut temperatae temporum temperatae sanitatem: ita intemperatae agritudines, & illas varias pro varietate intemperaturarum parere consueverunt: ut 1. problematum Aristoteles, & 3. Aphorismorum Hippocrati, multis problematibus, & aphorismis docere: ad quae loca brevitas gratia Ledtorem remittimus.

Infectio autem aeris multis ex causis contingere potest. Vel enim a terrae putredine vitiatum, quae caulatur ab exhalationibus venenatis, & graveolentibus, cadaveribus infepulcis, &c. immo a loculis mortuis infici aer potest, ut Africae contigit, teste Paulo Orosio lib. 4.

In Gallia quoque ex eadem causa anno 864. pestis accidit. Ita Greg. Turonensis l. 6. bifloriar. cap. 44.

Anno similiter a Christi natali 900. ex vermibus a pulvere ortis, pestis originem traxit. Bernardin. Corsus in prima sua parte.

Ab animalibus quoque plurimo veneno scatentibus pestis B. aliquando originem habuit, ut draconibus, pravo halitu aere in infensibus juxta Athenas. Gaerius in tract. proprio, ex Aristot. l. de causis proprietat. elementorum cap. 1. in fine accidisse testatur.

Anno quoque circiter 590. cum adeo Tyberis exerevisset, ut urbis membra superasset, extra flumen draco cum aliis parvis draconibus relictus fuit, a quibus tantum vitatus est aer, ut inde pestis inguinaria appellata initium habuerit, teste Platina in vita Pelagii II.

Interdum a barathro pravam, venenatamque evaporationem jaculantem, pestis originem trahit. Aretius 1. ferm. 3. tetraabilis cap. 94.

Idem quoque a latrinis, & coemeteriis evenire potest, & ut uno verbo multa complectar, ab omnibus rebus putridis, est magis ab una, quam ab altera, prout majorem in se putredinem retinet, oriri pestem certissimum est: praesertim si putredo omnibus numeris fuerit absoluta.

Fit praeterea pestis ab aere diu in aliquo loco incluso, ut tempore Antonini Pii post Christi adventum 162. evenit: quo tempore validissima fuit pestis, cujus ab Asia fluxere contagia. In Asia vero a diu clausa uria originem habuit, quam Imperatoris milites, ut inde aurum raperent, cum aperuissent, auri loco, pestem rapuerunt.

Eodem modo terramotus pestis causa esse possunt, diro in profundo latente vapore, qui pigrifici, longo situ, & aeterna nocte putrefecit, ad cuius exitum purus aer vitiat: Sicut non solum Romae, sed toti Italiae anno 434. evenit; quo tempore a terramotu multa aedificia in Romano Comitatu diruta fuerunt, & tribus annis sevilissima dicta loca pestis deinvit. Livius lib. 4. Dionys. Halicarnass. l. 10. & Tarcagnotta par. 2. l. 13.

Anno similiter 260. a Virginis partu adeo validi fuerunt terramotus, ut plurima aedificia diruta jacuerint, quae milia hominum multa necaverunt. In Asia itidem plures everit civitates, & ab apertione terrae, adeo magna copia aque filse scaturit, unde lacus nasceretur. Mare vero sic pertransit fines suos, ut multas submergeret civitates. Quo tempore tam valida Romae fuit pestis, ut una tantum die quinque millia virorum extincti jacuerint. Pet. Messia in vita Gallieni Imperat.

Idem quoque ex apertione Putei in Campania contigit, in quodam castro Nicolini de Beccaria, a cuius apertione ob diurnam clausuram adeo infecta, venenataque evaporatio exiit, ut inde purus inquinatus aer pestis causa esse potuerit.

Fuit adhuc validissima pestis, a terramotibus orta anno Domini 1232. quae decem e viris unum duxerat incolumem reliquit: in qua a Divo Rocho Montis-Pessulani in infirmis curandis charitas eximia effulsit, & forsan, ut divi nomen acquireret, & super pestem potestatem habere putaretur, occisa fuit, auctore Platina in vita Gregorii IX. & Blondo l. 27. in lesione didi sancti.

Audiamus & Marc. Ficinum causas pestis investigantem. Sic enim scribit. Pestis vapor accenditur, ubi major est naturae similitudo, & in corpore recrementis pleno, cum seeditus intus & extra vaporibus, & in cibis, humoribusque superfluis, ad inflammationemque, & putredinem aptis, & ubi calida est materia, & humida, vel cor coitu debilitatum, & in corpore passionibus animae defatigato, & ultra modum calido, & quod

balneis asuetum est, cujus potest nimis patentes, seu multum oppilati. Ficini in Epid. antidoto c. 3.

Pestis vapor omnem macularem potest humorem, sed potissimum sanguinem, secundum cholerae, tertio phlegma, quarto melancholiam: ideo prius sanguini huic periculo subiacentur: deinde cholericis, postea phlegmaticis, postmodum melancholicis: quia humor frigidus, & siccus ad inflammationem, & putredinem ineptus est, & stridit habet meatus. Idem ibid.

Pestis vapor creatur in aere, universalioris pestis tempore ex malignis quibusdam constellationibus, praesertim ex Martis cum Saturno in signis humanis conjunctione, ex luminarium eclipsibus: & in his locis graffatur, quae ascendentem suum ob praedictos syderum aspectus informatum habent. In particularibus pestilentibus fit ex ventis, & malignis lacunarum, & cloacarum vaporibus, & pariter ex terramotibus, &c. ibid.

Non est praeterendum, quod scribit Paulus Diaconus. Anno V. C. 384. ingens Romam universam pestilentia corripuit: non, ut asserit, plus minuse solito tempore turbata temperies hoc est, aut intemperata siccitas hyemis, aut repentinus calor veris, aut incongruus humor aestatis, aut autumni divitis, & indigesta illecebra: insuper etiam experata de Calabris saltibus aura corrumpens, repentinos acutarum infirmitatum asserere solita transfusus: sed gravis, diuturna, in nullo dispar sexu, in nulla aetate dissimilis, generali cunctos per biennium jugiter tate consecuit: etiam quos non egit in mortem, turpi macie exinanitos dimiserit. lib. 2. c. 2.

* CAUSAE INTERNAE.

Causae pestis interiores sunt humores, vel spiritus in cordis sinibus contenti, aut corpus ipsum visceris excedenti putredine infecti, aut ut Avicenna placuit, quod circumdat ipsum de humiditate, & quibus omnibus febribus pestilens generatur.

Haec autem antecedentes, & extrinsecas causas supponunt, ut praves cibos, & potus, teste Hippocrate 2. de nat. humanae. text. 3.

Quandocumque etiam ab ingenti penuria pestis producitur, uti anno 363. evenit. Propter nimiam enim siccitatem, quae illis G temporibus extitit, cum multis mensibus non pluisset, valida penuria, & inde pestis rabida exorta fuit. Sozom. l. 6.

Neque hoc mirum, nam cum cibos idoneos non haberent mortales, pravis, & tenuis nutriti coacti fuere, a quibus humores generati, praeter id, quod facillime corrumpentur, tantam potuerunt habere putredinem, ipsamque in contentis a corde, vel in ipsius corpore, residere, ut inde pestis oriri commodè poterit, ut docet Galenus 1. de succorum bonitate, & vitio, in principio: necnon 1. de differ. febr. cap. 3. & 4.

Ufus quoque rerum, quae acres, & acutos generant humores, necnon seriori, & ebullitioni obnoxios: ut sunt caepae, alia, ascalonitae, puliculae, carnes pingues, praesertim porcinae, butyrofa omnia, vina dulcia, fructus, quia natura ad putredinem proni sunt: cum humiditate plurima scaecant, pestem producere possunt. Rasis lib. 4. cap. 25.

Verissimum vero est ab humoribus putredini paratis calidiori concurrente aere, ceteri non corrupto, aut venenata aliqua qualitate praedito, pestem aliquando fieri posse: ut in pestilentia, quae anno 68. a Christo nato Romae contigit, quae ab aere corruptio minime facta fuit, auctore Cornel. Tacito lib. 16. suae bifloriae, & Tarcagnotta in 2. part. uti quae anno 1576. & 1577. in variis Italiae partibus graffata est. Quae per simplex contagium praeter id, quod aer aliqua putrida, aut venenata qualitate concurrerit, principium habuit, & incrementum.

* SIGNA PRAEDECEDENTIA.

Signa pestem praecedentia, quamvis infallibilia non sint, varia inter se existunt: nam aliqua e superioribus mundi partibus, altera vero ex inferioribus.

E sublimi sunt ignitae apparitiones, ut caprae salantes, faces, cometae, soles plures, insuetae stellae, quandoque solae, aliquando vero cum aliis conjunctae, de quibus Lucaeus:

Ignota obscurae viderunt sidera noctes. Adentemque polum flammis, coeloque volantes Obliquas per inane faces, crineque timendi Sideris, & terris mutantem regna cometem.

Hujusmodi etiam sunt siderum quadam conjunctiones, & aspectus: uti solis, & Lunae Eclipses, quae praeter id, quod signa sunt, causa quoque jure merito appellantur.